Quod si indiges re fortiore ista tunc da ei pillulas Gal. que dicūtur cochie. ⁊ quod est pluris iuuamēti q̄ ipsum est medicamen factum cum aloe. quod quidam nominant si cara. et eius intentio est amara idest pigra: Quandoq̄ ergo dabis eam solam: ⁊ quādo q̄ cum decoctiōe quam narrauimus. Et potus eius completus est aureus ⁊ diminuta medietas aurei. Et media intra has duas ⁊ f̄m q̄titatem etatis: ⁊ f̄m q̄titatez corporis est f̄m q̄ videtur medico rectum esse Qr si soda non quiescit ⁊ in capite est grauitas ⁊ dolor dabis ei infusionē de aloe. ipsa eniz est iuuatiua in hac dispositione. Et modus eius est vt sumatur endiuia recēs ⁊ teratur ⁊ extrahatur aqua eius preter q̄ super eam fūdatur aqua ⁊ bulliatur: ⁊ coletur libra vna ⁊ proyciatur super ipsum de aloe bono q̄titas vncie ⁊ ponat̄ in vase vitreo in sole diebus aliquot ⁊ detur ex eo quod est inter. ℥.i. vsq̄ ad. ℥.iij. f̄m q̄titatem virtutis: ⁊ etatis: ⁊ complexionis: ⁊ que sunt illis similes. vt non excoriet: vel scindat: vel vesicet anum. ⁊ vt non faciat accidere punctionem permisceatur cum potione vna ex eo pondus medietatis. ʒ. dragaganti postq̄ teritur multuz bene Quando ergo mūdificatur corpus tunc precipe infirmo vt plurimum sessionis eius sit in domo boni aeris ⁊ rorata: ⁊ ponātur in ea extremitates salicis: ⁊ ros. ⁊ extremitates mirti: ⁊ assesafran. ⁊ ponatur super caput infirmi oleum rosatum infrigidatum cum pauco aceto: aut aqua agreste: aut oleum salicum: aut oleum violarum: aut oleuz nenuf duor. quor vnuz sit permixtuz cum aqua rosarum: ⁊ pauca canfore. Quod est quia res iste expellūt materiā ⁊ infrigidāt. Et si tu non vis nisi extinctionez t̄m scilicet quando vis expellere superfluitatem quoniam iam alleuiata est: ⁊ non vis nisi infrigidare t̄m administra aquaz citri: vel endiuie: ⁊ aquam portulace: ⁊ aquam sempuiue: ⁊ salicis: ⁊ aquam virge pastoris: ⁊ rasuram cucurbitis. vnūquodq̄ eorum per se: et permisceatur cum aliquo ex oleis infrigidatis. Et si tibi est necessariū vt facias caputpurgiuz tunc oportet vt admīstres ex istis oleis que diximus nuper. Et quando de oleo seminis cucurbite dulcis miscetur cum lacte puelle iuuat. Si autez cum istis medicinis non quiescit soda ⁊ sunt in capite vapores multi cobartati embroca sup illud quod resoluat illos vapores. sicut aqua camomille. cum qua commixta sunt viol. sicca. ⁊ ros. ⁊ folia nenufa. ⁊ ordeum contritum excorticatuz: ⁊ que sunt illis similia. Et si cum illo sunt vigilie adiunges ad istas medicinas cortices papaueris: ⁊ semen lactuce. Si autem non quiescit cuz istis medicinis inunge super caput lac mulieris: aut lac caprarum. Et si virtus fuerit debilis ⁊ infirmus febriens caue ab administratione lactis. nam lac quando prohibet sup̄fluitates a resolutione inspissatur. quare extinguit ꝑpter illud caliditatez innatam ⁊ debilitat eam. q̄obrem infirmi debilitas additur ꝑpter illud. Oportet ergo vt vtamur loco eius emplastro facto cum flore camomille: ⁊ farina ordei: ⁊ altea: ⁊ corticibus papaueris: ⁊ violis siccis: ⁊ cimis nenufa. ⁊ ro. cum oleo de nenufa. ⁊ oleo viol. ⁊ ponatur super tēpora. Linimētuz. Sandali albi: ⁊ acatia: ⁊ aloes: ⁊ canfora. sumantur ⁊ cōficiatur illud cum aqua lactuce: aut cum aceto vini: aut cum succo mandra. Et in eo q̄ diximus de curatione soda accidente ex malicia cōplexionis calide que est cum materia est sufficientia ei quam vult dn̄s.

Cap̄lm octauuz de soda accidēte ex malicia complexionis frigide absq̄ materia.

Aquit Joānes. Sicut soda facta ex adustione solis non fit nisi cum permutatiōe complexionis capitis ad caliditatem additam: ⁊ vapores calidos: similiter soda euēiens a frigiditate aeris nō fit nisi ꝑpter mutationez complexionis capitis ad frigiditatem additam: ⁊ vapores frigidos. Et sicut illa non est difficilis sanationis. similiter soda accidens ex frigiditate aeris non est difficilis ad sanandū ꝑpterea q̄ est malicia complexiōis t̄m. ⁊ precipue quādo soda accidens non accidit nisi ꝓpinque. Sufficit enim nobis in curatione eius oleum rutaceum calefactum quando funditur super verticem capitis. Qr si indigueris superflua calefactiōe tunc permisce cum oleo euforb. Et confert etiam oleum de lilio. Et ꝯfert etiam oleum de alacuen: ⁊ oleum costinum: ⁊ oleum sambucinū: ⁊ oleum de ben: ⁊ oleum narcisicinū. De oleo autem balsami dixit Galienus in libro decē tractatuuz. Ego ꝓbaui ipsum multotiēs ⁊ non inueni ipsum conferre in egritudinibus que indi

gent calefactione iuuamētuz apparens. Et
sicut diximus esse iuuamētuz olei de ruta: si
militer est oleum laurinum: ⁊ oleum amara
cinũ. Quod est quia vsus est ex eo sicut esti
matur multotiēs in curatiōe multoꝝ ⁊ iuua
ti sunt cum eo. Quod si cum malicia com
plexiōis frigide est materia frigida tunc est
necesse vt admīstrem⁹ illud qd̄ nūc narrabo.

Capl̄m nonuz de soda accidente de mali
cia complexiōis frigide cum materia.

Ntentio in curatione huius egritu
i dinis est vt incipiamus cuz euacua
tione materie frigide ex ipo mēbro
Qꝫ si materia multiplicata est in corpore to
to euacuabim⁹ eam in primis cuz medicinis
solutis que euacuāt chimũ frigidũ sicut sũt
pillule stomatice: ⁊ pillule de aloe: ⁊ pillule
de yera: ⁊ pillule cochie. Si aũt humor est
multus tunc sint pillule facte ex mirob. ni
gris: ⁊ epithimo: ⁊ agarice: ⁊ salis inde: ⁊ po
lipodio: ⁊ elleboro nigro: ⁊ lapide lasuli: ⁊
que sunt illis similia. Et si materia est in ca
pite solo tunc oportet vt administremus in
primis gargarismata semp cum eo qd̄ sub
tiliat. sicut est yerapigra cōfecta cuz syrupo
acetoso squillitico: ⁊ synape: ⁊ pyretro: ⁊ ori
gano: ⁊ cortice radicis cappari confecta cuz
melle dissoluto cum aqua calida. Et confert
etiam multis hominibus yera arastos qñ ad
ministrat̄ dissoluta cuz aceto squillitico ⁊ bi
bitur. ⁊ fricatio gingiuaꝝ: ⁊ dentiuz cum ea:
⁊ oris est bona: ⁊ gargarism⁹: ⁊ similiter ye
ra archigenes. Et post subtiliatiōez admini
stramus euacuatiōez cũ pillulis ⁊ yeris ma
gnis. Et melius quod bibitur ad mundifica
tiōez capitis stomachi est infusio cum aloe
quādo fit ƀm hunc modum. Modus in
fusionis de aloe mũdificātis stomachũ ⁊ cō
ferentis ad sodam. ℞. mirob. nigroꝝ: ⁊ bel
li. ⁊ embli. ⁊ rad. apij. ⁊ feni. ⁊ squinanti: ⁊ ci
maꝝ squinati: ⁊ capitũ lilij: omniuz añ. ʒ. x. spi
cis: ⁊ masticis: ⁊ calami aromatici: oīum añ.
. ʒ. iij. succaha: ⁊ bedeguard amborũ añ. ʒ. v.
coloq̄ntidō interioris. ʒ. ij. coquātur illa cum
. v. lb. aque donec remaneat ex ea lb. i. ⁊ cole
tur: ⁊ ꝓijciatur super eam. ℥. i. aloe scoterīsis
⁊ ponatur in sole ⁊ detur ex ea apud neces
sitatē. ℥. i. aut. ij. cum pōdere medietati. ʒ. de
dragaganto: ⁊ medietati. ʒ. de masticis ƀm il
lud quod tolleratur virtus: ⁊ etas. Qꝫ si
materia non est in corpore toto neqꝫ in capi
te imo in stomacho solo donec euaporet va
porēs frigidos ad caput. Et signa signi
ficantia illud sunt frigus quod inuenit infir
mus in stomacho suo cuz malicia digestiōis:
⁊ ventositatibus: ⁊ sonis: ⁊ nausea: ⁊ vomi
tus: ⁊ inflatio. Et oīa accidentia que signi
ficant stomachum infrigidatũ tunc oportet
vt cōuertas studium cum curatōe ad stoma
chum ita vt mundifices ipsum per vomituz
cum aqua calida in qua decoquitur anetuz:
⁊ sal: ⁊ mel: ⁊ faseoli rubei: ⁊ semen atriplici:
⁊ calamentuz: ⁊ nux vomica: ⁊ cancar: ⁊ sal
masse: ⁊ mel colatum: ⁊ comestio rafani cru
di ⁊ decocti. Si autē non quiescit egritu
do cum istis rebus damus ei yeram archi
genis: ⁊ yeram Ha. ⁊ cōfert etiam yeralogo
dion. Et oportet vt demus ex istis medicis
semel vel bis si indigemus illo. Et quod da
mus ex eis oportet vt sit cum decoctiōe epi
thimi: ⁊ passulis enucleatis. post mundifica
tionem autem si stat egritudo ⁊ non resolui
tur administramus embrocas factas ex mel
liloto camo. ⁊ sansuco: ⁊ sisimbrio: ⁊ folijs
lauri: ⁊ secha: ⁊ que sunt illis similia. ipsa eīz
resoluunt. materiam: ⁊ confortant caput.
Quod si indiges emplastro tunc fac ipsum
ex medicinis quas diximus de oleo: de lilio
⁊ oleo: de costo: ⁊ oleo. de keyri ⁊ oleo sisami
no. Si autem non quiescit cum istis re
bus tunc oportet vt flobotomes duas arte
rias que sunt in duobus tēporibus: aut au
feras vtrasqꝫ ⁊ non pertransit vt flobotome
tur in hac materia frigida cohartatũ in istis
arterijs. Cum ergo flobotomamus vtrasqꝫ
remouet̄ materia ⁊ effunditur ad locuz san
guis bonus ⁊ remanet in arterijs. Mate
ria autem mala in vtriusqꝫ arterijs fit sicut
fermētũ corrũpēs quod effunditur ad eam
ex cibo. In materia autez calida non ꝑtran
sit vt flobotomia fiat qm̄ materia non forsi
tan remanet cohartata in arteria. Et non
dixi non forsitan remāet cohartata nisi qm̄
iam ꝑtransit vt fiat flobotomia in ea in pri
mis. Et si post flobotomiam indiguerimus
cauterio cauteriçabimus eos super matrez
capitis: ⁊ tēpora: ⁊ posteri⁹ caput. Habē
tibus autē hanc egritudinē confert ex cibis
qui est laudabilis humoris: velocis digestio
nis. Et est necesse vt custodiātur a multipli
catiōibus vinoꝝ. ⁊ ꝓprie quod ex eis est an
tiquũ odoriferꝝ. Quod est quia vinoꝝ istoꝝ
vapor colligitur in capite velociter: ⁊ facit
dolorem vehementem.

Capitulū decimum de soda generata ex ventositatibus grossis.

Inquit Johānes. si soda est ex ventositatib⁹ grossis ꝛ signū illi⁹ est ꝙ sequit hñtē eā tensio ꝛ attractia absq̄ grauitate: ꝛ sequtur etiā eū sonit⁹ et ledit ipm aer frigid⁹. Oꝫ ergo vt ꝯsiderem⁹ illud. Nā si ventositas gñans egritudinē est in stomacho ꝛ caput dolet dolore ei⁹: mūdificabimus ipm p vomitū ꝛ potū yere. ꝛ post illud dabimus oleū de amig. dul. ꝛ amig. ama. cū aqua in qua decoquūꝶ radix apiȷ: radix feniculi: et squinātū: ꝛ anisum: ꝛ mastix: ꝛ fenugrecū: et ameos: ꝛ cordumeni: ꝛ que sunt istis similia Si vero necārtū est oleū de cherua dabim⁹ ipm in potu ꝑter ꝙ stet cum infusione aloes quā dixim⁹ in eo ꝙ ꝓcessit et infusiōe de yera quā narrabo tibi. Mod⁹ infusiōis ꝺ yera que ꝯfert ad sodā antiquā. Rec. radicū apiȷ: radicū fe. ꝛ radicū squinātiː oīm añ. ʒ. x. calamēti mōtani: ꝛ aristo. longe. ꝛ sucaba: ꝛ bedeguard: oīm ana. ʒ. v. mirob. nigroꝝ. ʒ. vij. epithimi cretēsis. ʒ. v. masticis. ʒ. iij. spice. ʒ. ij. casie lig. ꝛ ameos: ꝛ calami aro. oīm ana. ʒ. iij. agarici. ʒ. v. sticados. ʒ. vij. passulaꝝ enu. ℥. iij. Decoquaꝶ illud cū septē lb. aque donec remaneat ex ea lb. i. ꝛ coleꝶ ꝛ ꝓiciaꝶ sup ipam. ℥. i de yera pigra: ꝛ ponaꝶ in vase vitreo in sole: ꝛ deꝶ de ea in hora necītatis. ℥. i. aut. ij. cū pōdere. iij. ʒ. olei de cherua. Hoc aūt medicamē administraꝶ in hac egritudine ꝓcipue qñ mā est in stomaco absq̄ ꝙ sit in capite. Infusio aūt de aloe est capiti melior: ꝛ licet vt non administreꝶ infusio de yera etiā in hoc capitulo quod est ante hoc. veruntñ in hoc est melior qñ materia est in stomacho. Et si indigēt hñtes hāc egritudinē ꝯfectōibus dabim⁹ ei sagçeneā aut hōrusiā: aut mitridatū: aut medicamē de musco amaꝝ: aut medicamā de musco dulce. Qꝫ si vētositas fuerit coartata i capite ꝓcipiem⁹ eis vt assiduēt itroitū balnei post mūdificatōem cū yera: ꝛ administratiōe embroce facte cū camo: ꝛ mellilloto: ꝛ origāo: ꝛ folijs lauri: ꝛ seba: ꝛ sansuco: ꝛ aneto: ꝛ que sunt illis silia. Et ꝯfert post mūdificatōnem species caputpurgioꝝ resoluentiū ventositates quādo soluitur cum aqua sansuci ꝛ fit caputpurgiū cū ea. iuuat. n. et odoramētum castorei et musci est iuuatiuum valde quādo administratur assidue. et silr flores odoriferi sbtiles calidi.

Caplm. xi. de soda gñata ex potu vini.

Elias ꝙ vinū vehemētis caliditatis generat sodaꝫ ꝑpter illud qȝ facit accidere de vaporibus calidis q̄ implēt vētres cerebri. ꝛ fortassis accidit ab humoribus calidis ꝛ vaporib⁹ qui eleuātur ad caput absq̄ potu vini. Et intētio quidem in curatiōe huius sode est euacuatio cause facientis ipsam scilicꝫ vapores calidos qui peruēiūt in capite cuꝫ eo de cuius ꝓꝓetate est remouere eos sicut est decoctio. Et qm̄ isti vapores calidi indigēt reb⁹: indigēt reb⁹ infrigidātibus eos post euacuatōeꝫ. sicut est oleum ro. ꝛ que sunt ei similia ꝑter qȝ sit vehemētis frigoris quādo funditur sup caput tunc iuuat. ꝛ trāquillitas: ꝛ somnus: ꝛ quies habētibus fe. iuuatiua sunt. Et si remaneat in stomacho aliquid ex vino ꝛ accidit ex eo nausea dabim⁹ infirmo aquā tepidā cuꝫ secaniabin. ꝛ ꝓcipimus ei vt euomat ꝛ fundemus sup manus eius ꝛ ipsius pedes aquā calidam in qua decocte sunt camo. ꝛ viola ꝛ fricabimus inferiora pedū fricatiōe cōtinua cuꝫ sale ꝛ oleo viol. Et nos quidem non faciemus illud nisi vt attrahamus vapores a capite. Quando ergo administrauerimus has res tunc oportet vt abluātur ꝛ nutriantur cibo laudabilis humoris qui non calefaciat similes istis. sicut ordeum: ꝛ sorbitio facta ex candarusio. ꝛ est ordeum romanū. verūtamē hoc nō est apud nos. Oportet ergo vt vtamur loco ei⁹ sorbitōne facta ex frustis samatiː aut cuꝫ amillo ꝛ pane infuso in aqua infrigidat eniꝫ ꝛ hūectat: ꝛ cibētur etiā ouis sorbilibus sol. Et accipiāt ex oleribus lactucam qm̄ est laudabil humoris infrigidātis ꝛ caules. nam ipsi destruūt ebrietatē. ꝛ lentes excorticate nutriūt nutrimētū laudabile eis ꝛ ꝓꝓrie quoꝝ nature sunt leues. Et vtātur ex potibus ꝺm oēs dispositōeꝫ aque. Et qñ in hominibus est cuius stomachus mollificatur ex aqua damus ei aquaꝫ granati pontici: aut aquam agreste: aut rob ribes: aut rob acetositatis citri ꝑmixtuꝫ cum aqua frigoris. Et ex fructibus recētibus poma: muça: ꝛ pira: ꝛ citonia. ꝛ est necesse vt pergāt in mane ad balneū ꝛ fundatur sup capita eoꝝ aqua calida dulcis multotiens. Cum ergo egrediūtur ex balneo dormiant ꝛ dimittanꝶ quiescere per horam. deinde egrediātur balneum secūdo postea nutriātur cibo quo nutriti fuerunt in die ꝑmo. Si ergo minuatur dolor eoꝝ ꝛ nō expectāt a potu aque igenia

ꝓpter mollicieṁ stomachi eoꝝ vt des eis in potu quosdā potus vinosos ꝑmixtos cum aqua multa. Et cōfert eis ex cibis adurarīcis: ꝛ pulla: ꝛ caro edi: ꝛ pisces adrabi. Et fit decoctio haꝝ reruꝫ absq; vino: ꝛ almuri. Jam ergo manifestū est ꝙ melius in regimine illoꝝ ꝛ regimine cuius caput patitur sodam dam ꝑseuerat egritudo in augmēto ꝛ vehemētia est vt vtātur quiete: ꝛ trāquillitate. Cum ergo minuit egritudo ꝛ incipit quiescere ambulent in locis cōuenientibus. Qui ergo eoꝝ indiget calefactiōe ꝓpter frigiditatem quam inuenit in locis calidis. Et qui indigēt extinctiōe in locis frigidis ꝛ exercitentur cum ambulatiōe ante cibum ꝛ exercitatiōe multa: ꝛ post cibum exercitatiōe parua. Et oportet vt comedāt multuꝫ: neq; exercitētur in successione comestiōis: sed post tres horas: aut plus. Qꝫ si remanēt ex estuatiōe ꝛ ex humoribus qui eleuātur ad caput residuum aliquot annexū poris strictis: ꝛ remanet ꝓpter illud residuuꝫ ex soda scilicꝫ soda que fit ex caliditate ꝛ materia tūc melius est vt elōgeris ab oleo rosaꝝ ꝛ admistres in primis oleum camo. tepidū. deinde oleum de lilio. ipsum eiꝫ est iuuatiuū in hac egritudine.

Capl'm. xij. de soda accidēte ex casu aut percussione super sinciput.

ſ Cias ꝙ ꝑcussio aut casus non sunt facientes euenire sodam nisi mediāte apostemate eueniente ab vtrisq;. Et euentus quidē apostematis non est ex casu aut ꝑcussione tm̄ immo accidit q̄nq; ex casu non apparēte scilicꝫ effusiōe materieꝝ sicut accidit ipsum in reliquis mēbris. Et qn̄ percussio est causa vlceri: aut attritiōi: aut dolori sunt vie multe ex quibus attrahimᵘ viam medicatiōis. cuius exēpluꝫ est ꝙ ꝑcussio fortasse vlcerauit locum: aut attriuit eum: aut euenit ab ea dolor tm̄. Significat ergo per illud sup illud quod accidit. Erit ergo curatio nostra eius vnde vlcerauit alia a curatione nostra ipsius vnde attriuit. Et similiter est curatō nostra eius vnde fecit accidere dolorem alia a curatōe nostra quā adhibemus illis duabus spēbus: ꝛ vniuscuiusq; haꝝ trium curatio nostra quā adhibemur fit diuersa. Quod est quia vlcus fortasse fit sordidū: ꝛ fortasse est limpidū. Curatio ergo eius est quod est sordidū: alia est a curatōe eiᵘ quod est limpiduꝫ. Et similiter attritio fortasse est fractura. ꝛ fortasse est fasdi. ꝛ fortasse est disruptio in cute. Et cuiusq; haꝝ curatio alia est a curatōe alterius. Et similiter dolor fortasse est vehemēs quare indiget eo qd̄ sedat ipsum cum stupefactōe ꝛ medicinis. ꝛ fortasse est debilis dolor quare indiget eo qd̄ rectificet ipsum ꝛ infrigidet eum tm̄. Et hec quideꝫ egritudo qn̄ est in ipso loco in quo cadit percussio. ꝛ ƀm plurimū vsq; ad loca ꝯtinuata cum eo. Et qn̄q; accidit in huiusmodi ꝛ inuenimus illud inuētōe manifesta multotiēs qn̄ dolet pars capitis ꝑ egritudinē sicut ista vt cōmunicet ei caput tuuꝫ. Quod est quia panniculus vestiēs gengemati ꝛ cutis sparsa super ipsum exterius sunt cōtinui ꝛ ꝑmixti simḱ. ꝛ sunt extensi super caput totū. Si igitur pueit ex apostemate aliquid ad istos maculat algēgemati ꝓpter cōmunicatiōeꝫ huius pāniculi cū tunica retali dura per mediatiōeꝫ retis circūdātis in matre capitis. Non ergo fit euacuatio in huiusmodi egritudine de difficultate vehemēti. Et quando homo cadit ex loco alto forte accidit vt disrūpatur aliqua ex partibus cerebri aut retis que dicitur secūdina. Et soda que accidit in ea est difficilis sanatiōis. Et melius in hac egritudine qn̄ non ꝓhibet etas ꝛ ꝑsentit virtus est vt incipiamus in hac egritudine cuꝫ flobotomia. Quod si ꝓhibuerit nos ab illo iste cause aut quedaꝫ causaꝝ euacuabimus per clistere donec egrediatur res cohartata illic ꝛ attrahātur huores de ꝓpetate quoꝝ fit vt currāt ad supiora scilicꝫ ex loco ꝑcussionis. qm̄ illic qn̄ apostematur est necesse vt perueniat res corrupta ex ꝑcussiōe aut ex humoribus qui effundūtur ad illum locuꝫ. Clistere igitur euacuat illud euacuatiōe meliori qm̄ inferius est lōgior locoꝝ ꝛ cōtrariū in rectitudine quare attrahit materiā ad parteꝫ cōtrariā parti egritudīs. Et post illud si velamen retale durum fuerit detectuꝫ fundemus sup illud oleū rosaꝝ tepidū tm̄. Quod si non fuerit detectū ꝛ algēgemati fuerit sana addemus oleum rosaꝝ ꝛ parū aceti ꝛ appropiquabimus ipsum matri capitis vt pueniat ad velamē durū retale. Qꝫ si apostema fuerit cuꝫ dolore recedamus ab aceto. quod est quia si cum apostematibus que fiūt in cute capitis ꝛ pāniculo circūdāte sup algēgemati non fuerit dolor magnus tunc possibile est vt quiescat cum oleo rosaꝝ ꝑmixto cum pauco aceto. Qꝫ si fuerit cum eis dolor ꝛ

apostemata sunt magna tunc excusat oleuz rosaꝝ soluz tepidū: aut oleum sisaminū. Qꝫ si cum illo fuerit vigilie tunc oportet vt fricetur caput cum oleo camo. ⁊ oleo viol. ⁊ pmisceas vtrūq; simul bꝫ modos diuersos multotiēs. Et significatur super q̄titatē partiū vtriusq; pmixtiōis ex magnitudine apostematis: ⁊ ex cōplexiōe īfirmi: ⁊ ex etate eius tūc cuius exēpluz est. quia qn̄ apostema est magnū velocis additiōis scias φ caliditas est fortis ⁊ φ materia est multa. ergo addes in oleo frigido ⁊ minues ex oleo calido. Et similr̄ qn̄ infirmi est calida cōplexio minue ex oleo calido. Et si etas eius est etiaz etas iuuētutis minue etiaz ex eo. Qꝫ si caput est indigēs cōfortatōe ꝓpter debilitatē que euenit ei: aut mollificatiōez: aut consequit̄ inde nocumētuz neruoꝝ qui ꝓcedūt ex eo: aut timeas φ cōsequat̄ illos neruos ⁊ vis cōfortare ipsum tunc oportet vt facias eis medicinas calefactiuas calefactōe parua vt faciāt penetrare medicinas faciētes stipticitatē: ⁊ infrigidātes: ⁊ cōstringētes. Et sit cōpositio eius ex aqua mirti recētis: ⁊ cipresso: ⁊ extremitatib⁹ alletil: ⁊ oleo de lilio: ⁊ re pauca de vino odorifero: ⁊ melliloto: ⁊ mirra: ⁊ calamo aromatico: ⁊ bolo armeno: ⁊ alumine iameni: ⁊ laudano. Qꝫ si pmisceat̄ intellectus infirmi cum hoc administrabimus hoc emplm̄. Modus emplastri. ℞. farine ordei partē .i. furfuris samidi partē .ß. altee q̄rtam partē. cōficiemus ea cuz aqua extremitatū alechil: ⁊ oleo rosaꝝ: ⁊ re modica ex aceto. ⁊ calefaciemus emplm̄ ex eo. Qꝫ si apostema est ex genere almessare scilicꝫ vt sit velocis additiōis ⁊ sit illud ⁊ faciemus colericuz tunc cōfert patiēti ipsuz post flobotomiā vt det̄ ei aqua solatri: ⁊ aqua alkekēgi: ⁊ aqua endiuie: ⁊ cassiafistul. ⁊ aqua ordei: ⁊ aqua cucurbite. Et cōferūt eis ex cibis malue elixate: ⁊ lactuca: ⁊ atriplex: ⁊ olus iamenicus: ⁊ cucurbite. Et si non fuerit febris ꝯfert vitellum oui: ⁊ caro volucris. Et penitus oportꝫ vt sit cibus eoꝝ totus ex eo quod est lipidū qđ non generet sup̄fluitates. ⁊ ꝓprie si fuerit illic febris. Et si īdiget linimēto tūc oportet vt administret̄ in principio qđ expellat ⁊ resoluat. sicut sandali rubei: ⁊ kaufel: ⁊ sief memithe: ⁊ acatia: ⁊ bolus armenus: ⁊ çafaran: ⁊ marmoꝛ qui dicitur chimolea: ⁊ lens non excorticata: ⁊ litium. aggrega illud cuz aqua solatri: ⁊ arnoglosse: ⁊ aqua coriandri: ⁊ virge pastoris: ⁊ portul. Cum ergo appropiquat vt descēdat indiget medicinis cōpositis. tunc sicut sunt camo. mellilotū: ⁊ fenugrecuz: ⁊ radix altee: ⁊ alachuen alba: ⁊ que sunt illis similia. Qꝫ si cum illo fuerint vulnus paruū tunc ipsum saluabit cuz vaporatiōibus quas administrabimus sup caput. ⁊ sint calide nature ⁊ calide per accidēs. ⁊ sunt ille que sunt cuz vino: ⁊ ruta: ⁊ oleo mirtino. Et si plaga est magna quā sequit̄ eruptio sanguinis cōfert ad illud puluis factus cuz aloe. ⁊ cōfert scissure que fit in mēbris: ⁊ abscindit eruptiōez sanguis. Et iste est modus eius. ℞. aloes arabici: ⁊ sarcocol. amboꝝ an̄. ℥. i. farine thuris. ℥. ij. sanguis draconis. ℥. ß. Quidā vero ꝓiciūt oīa ista cū equalitate. Et quidā putāt φ non est differētia inter farinā thuris: ⁊ inter thus cōtritū. tunc oportet vt scias φ nos nominamus farinā thuris furfuris thuris. qui cribellat̄ cuz cribellis amplis quibus pmiscētur partes subtiles valde corticus thuris qui ꝑparat plus Et oportꝫ vt administret̄ iste puluis ita vt pulueriçet̄ aliqua vice siccus: ⁊ alia vice ꝯficiatur cū albumine oui. Qꝫ si vulnus fuerit magnū donec appareat os ⁊ fuerit in eo venenū tunc oportet vt lauetur venenuz in primis cum vino pontico calefacto ⁊ abstergatur locus cuz lana leni. Qꝫ si apparet φ os sit fractū tunc non est possibile vt redeat ad dispositiōez naturalē. Oportet ergo vt ingenie t̄ in re eius cuz rebus que sient ei statiōe incarnatiōis. ⁊ est vt calefacias oleuz rosatū ⁊ fundas ipsum sup locū eius ⁊ cōnectas duo labia fissure que est in cute aut pāniculo ad inuicē. ⁊ suas ea cuz filo çete grosso: aut lini: ⁊ post futurā administra hūc puluerem cuius p̄missa est rememoratio ⁊ pmisce cuz vino pontico: aut albugine oui ⁊ line ex eo super pannū lini ⁊ annecte sup locum dolentē post futurā ⁊ cōstringe locum cōstrictione bona. Et soluat̄ in omibus duobus diebus ⁊ fac cum eo illud donec resoluātur apostemata ⁊ conglutinet̄ percussio.

Caplm̄. xiij. de vertigine.

c Um vertigine fit dolor: aut ꝓpter illud quod est ei. i. capiti ꝓpriū in se ipso: aut ꝓpter cōitatē suam adꝗdam mēbra. sicut egritudo stomachi. Et cognoscit̄ qđ est per cōicatiōez ex malicia digestiōis ⁊ ex dolore qui est in stomacho ⁊ ex destructōe desiderij: ⁊ ōbilitate aīe: ⁊ nausia

⁊ ex cōmotōe doloris q̄n̄q;: ⁊ quiete eius alia
vice. Ille āt qui est ꝓpter illud qd̄ appro
priat̄ ei in se ipso cognoscit̄ ex assiduatione
doloris: ⁊ grauitate: ⁊ vocibus: ⁊ tinnitu qui
accidūt in duabus auribus: ⁊ ex tenebrosita
te visus sempiterna. Et ex hoc ꝙ patientes
eam vertiginem patiuntur ex qualibet cau-
sa. ⁊ cadunt precipue si ꝑseuerat super eo il
lud. ⁊ non dolet nisi q̄m̄ chimus qui est in ca
pitibus eoꝝ. igit̄ ꝓpterea ꝙ accidit humori
flegmatico annexo cum vasis cerebri: aut il
li qui est in stomacho apud cohartatiōez va
poris qd̄ facit ipsum acquirere febrez. Cum
ergo non resoluūtur vapores ꝓpter grossi
tudinē suam: vel multitudinē suam redeunt
⁊ reuoluūtur ⁊ fiunt fortes dolores eoꝝ q̄m̄
vidēt res reuolui. Materia vero ex qua
fit vertigo sunt vētositates grosse: crude: te
nebrose. Et ipse aut sunt retēte in cerebro. ⁊
quādo mouētur coartant spūz animalē: aut
eleuant̄ a stomacho: aut ex reliquo corpore:
⁊ faciūt hanc eandem opatiōez. Et eleuatio
eoꝝ in reliquo corpore: aut est in duabus ar
terys que sūt post duas aures. ⁊ hoc cogno
scitur extēsione haꝝ duaꝝ arteriaꝝ que no
minat̄ carotides. ⁊ sunt ille que sunt in col-
lo ab eo ꝙ sequit̄ ceruicez. ⁊ cognoscit̄ illud
extentiōe spondil̄. ⁊ eleuātur etiaz ex stoma
cho ⁊ cognoscit̄ q̄m̄ magnificat̄ iste dolor ex
parte malicie digestionis: ⁊ ex nausea: ⁊ alca
facā. Et fortasse accidit vertigo ex humore
rigido qui annexus est cerebro. Inquit Jo
annes aut ex hūoribus colericis. Et diffe-
rentia quidē est intra egritudinē vertiginis
⁊ sodam ꝙ soda non quiescit velociter: ⁊ ver
tigo quiescit velociter. De curatiōe verti
ginis. Oportet vt tu ꝯsideres vnāquāq; oc
casionē que faciunt hanc egritudinē ꝫm q̄ti
tatem eius quod apparet. Et est quia si hu
mor faciens egritudinē est frigidus oportz
vt cures ipsaz ita vt custodias eum ⁊ calefa
cias ipsum. ⁊ precipe infirmo vt odoret assi-
due euforbiuz. ⁊ sit illud post euacuatiōez: ⁊
castoreū: ⁊ nigellā: ⁊ muscū: ⁊ sansucū: ⁊ que
sūt illis similia. Et iuuātur etiā cuz eo quod
masticat̄: ⁊ cuz gargarismis mūdificātibus
caput. Si aūt vētositates sunt grosse cō
fert ex eis aqua decocta cum camo. ⁊ sanso
ra: ⁊ est abrotanuz: ⁊ mellilotū: ⁊ origanuz: ⁊
sceba: ⁊ sansucus: ⁊ folia lauri: quādo iclinā
tur super aquā hanc. Qꝫ si hūores calidi
fuerint causa vertiginis euacuabimus eos
cum decoctiōe duoꝝ mirobal̄. ⁊ pil̄l. de yera.
Et si sunt indigētes extractiōe sanguis cō
fert in primo flobotomia vene cephalice. qd̄
est quia sanguis fortasse multiplicat̄ in cor
poꝝ: ⁊ est malus. ⁊ facit accidere in capite
egritudinē ex genere catarroꝝ calidoꝝ. qua
re accidit in capite cū vertigine egritudo ex
sanguine. Cum ergo flobotomat̄ cephalica
confert duabus egritudinib⁹ simul. sicut cō
tingit vt conferat in apoplexia ⁊ paralisi si-
mul. ⁊ in febre tertiana etiaz q̄n̄ cum eis acci
dit egritudo ex sanguine q̄m̄ egritudo san-
guinea digerit materiaz vertiginis ⁊ trahit
eam secum. Et si non indigēt extractiōe san
guinis tunc cum ratiōe media inter calidu
⁊ frigiduz iuuātur. ⁊ post illud odorēt rosas
semp: ⁊ extremitates mirti recētis: ⁊ acetuz
acutum: ⁊ viol̄ recētes: ⁊ nenufa. Et confert
huic egritudini in quibusdā horis clistere le
ne quod attrahit materias ad inferiora. ⁊ si
at clistere si egritudo est calida ex rebus le-
uibus. Et si est frigida curamus eam cuz cli
steri in quo est acuitas parua. ⁊ post illud si
non quiescit egritudo ⁊ viderimus eam lon
gam difficilis resolutiōis ꝑpellemus ad eam
yeram Hal̄. aut yeram archig̃. ⁊ ex eis que
cōferūt iuuamētuz magnū est infusio de alo
es. Cum ergo est egritudo vertiginis cum
dolore ⁊ est eleuatio ventositatis in duabus
arterys que sūt post duas aures in eo ꝙ ap
paret de cute tunc q̄n̄ incidūtur iste due arte
rie iuuatur infirmus. veꝝ homo fortasse di-
ceret. vnde scimus ꝙ vētositas ꝑuēit in dua
bus arterys que sunt in apparitiōe cutis: ⁊ il
lis que sunt in ceruice. Dico ergo ꝙ quādo
imponis manū tuaz sup duas arterias que
sunt post duas aures sentis vtraq; ꝑcutere
percussiōez vehemētez. Scias ergo ꝙ vēto
sitas in eis vtrisq; eleuat̄. ⁊ declarat̄ etiam
visui q̄m̄ ipse sūt plene. ⁊ si ligas vtrasq; cū
ligamēto quod nominat̄ flobotomalē. Inq̄t
Joannes nam q̄n̄ administrat̄ ligamentuz
quiescit dolor parum. ⁊ si ꝓicis sup vtrasq;
medicinas stipticas sicut gallas balaustias
et aloen arabicum: ⁊ acatiam: ⁊ opium ꝑmi-
xtuz cum aceto alleuiat̄ dolor parūp ⁊ quie
scit. Si aūt non cōfert aliquid eoꝝ que dixi
mus tunc scias ꝙ ista vētositas non eleuat̄
in duabus arterys que sunt in ꝓfūdo. ⁊ tūc
oportet vt multiplices in administratiōe me
dicinaꝝ solutiuaꝝ. Capl̄m. xiij. de so
da que accidit cū dolore alicuius mēbri.

Portet ꝙ curetur soda que accidit
o per cōmutatiōez cerebri cuz q̄busdā
mēbris ita vt intēdamus in primis
cuz sūmo studio ad mēbrum cui cōicat cere-
brū in egritudine si est stomachus: aut epar:
aut splen: aut mēbꝝ aliud a mēbris r̄siduis.
quod est quia epar ⁊ stomachꝰ qñ in eis am-
bobus aggregātur hūores mlti aut humor
vnus multus emittūt vapores ad cerebrū: ⁊
faciūt euēire sodā. Splen vͦ non facit sicut
facit stomachus aut epar nisi sit ꝙ multipli
catur in eo melācolia ⁊ fundaᷓ ad stomachū
quare facit splen euēire vaporē ad cerebruz
mediāte stomacho ꝰm hanc viam. Mēbra
aūt reliqua iam ꝑtrāsit vt emittāt vapores
⁊ euēlat ꝑpter illud soda. Et ꝑpter hāc cāz
quādo studemus de esse hoꝝ mēbroꝝ ⁊ cura
mus ea ⁊ redeūt ad dispositōez sanitaᷓ eoꝝ
quiescit soda. ⁊ si post illud necesse nobis fue
rit solliciti erimus de capite ⁊ curabimꝰ ipm
cum curatiōibus quaꝝ ꝑcessit rememoratio
ꝰm q̄ntitatē eius qđ vincet ex hūoribus.

Caplm. xv. de dolore algēgemati.

Cias ꝙ hec egritudo fit aut in pāni
f culo continēte craneū capitis defo
ris: aut in pāniculo secūdino qui est
inter craneū in eo ꝙ est inter ipsuz ⁊ inter ce
rebrū. hec āt egritudo aut est ꝑpria cerebro
tm̄ quādo est causa faciens eam accidere in
capite. aut accidit per cōitatē quorūdā mem
broꝝ cū cerebro sicut stomachi. Et scitur q̄a
est in pāniculo secūdino ex eo ꝙ sentit infir-
mus quasi radices oculoꝝ trahātur ad inte
riora. Qꝛ si nō sentit infirmus simile illi tūc
scies ꝙ egritudo est in pāniculo ꝯtinēte cra
neum d̾foris. Si aūt quiescit in hora ⁊ exa-
cerbaᷓ in hora tūc est ex stomacho. Et si sen
tit infirmus extensiōez absq̄ grauitate neq̄
percussiōez scilicz dolorē pūgitiuū tūc scias
ꝙ causa faciēs accidere hanc egritudinē est
vētositas. ⁊ ventositaᷓ quidē causa fortasse
est a capite ⁊ fortasse a stomacho. qđ est q̄a
in doloribus qui fiūt ex vētositate sentit in-
firmus quasi mēbra sua tendātur. Si aūt in
firmꝰ sentit grauitatē ⁊ dolor est pūgitiuus
⁊ ꝑcutit tunc illud significat apostema san-
guineū. ⁊ est illud qđ dicitur flegmon. qđ est
quia huius speciei doloris algēgemati cau-
sa est sanguis. Cum ergo corrūpiᷓ in hoc lo
co facit accidere apostema ⁊ fit sicut aposte
ma qđ fit in reliquis mēbris qñ fundiᷓ ad ea
materia sanguinea. Si autē non fuerit gra
uitas neq̄ ꝑcussio vehemens ⁊ fuerit mordi
catio tm̄ tunc qđ facit accidere egritudinez
sunt hūores acuti mordicatiui. Et si fuerit
cuz grauitate rubedo faciei tūc causa faciēs
illud est sanguis significo per illud ꝙ vincit
sanguis ⁊ addit sup q̄ntitatez naturalē. Fit
ergo illud causa huius egritudinis preter ꝙ
effundaᷓ ad locum ⁊ corrūpaᷓ in eo. Qꝛ si in
uenis grauitatē solā absq̄ caliditate ⁊ rube
dine tūc causa est vnus humoꝝ grossoꝝ ter
restriū scilicz melācolia ⁊ spēs eiꝰ. Si au
tem egritudo est ex mltitudine humoꝝ tūc
oportet vt euacueᷓ in ꝑmis corpus ab hūo
re vincēte sup ipsuz: aut per extractiōez san
guinis: aut per solutiōez nature. Si ergo re
pletio est in capite solo tunc oportet vt inci
piamus cū curatiōe capitis. Et si humores
coartati in eo sunt frigidi ⁊ humor frigidus
est flegmaticus tunc ipsi aut attrahūtur ex
caliditate que est in capite attractōe: aut ge
nerātur ex debili generatiōe. Aput illud er
go oportet vt ministres mūdificatiōez cum
medicinis solutiuis. ⁊ embroces super ipm
aquā in qua d̾cocte sint medicine in quibus
non est caliditas multa. ⁊ ꝯfortes caput qm̄
iam debilitatū est ⁊ factū est aptuz vt effun
dātur ad ipsuz materie. Cum ergo cōforta
ueris ipsuz non recipiet materias ⁊ abscide
tur effusio eaꝝ. Et fiat ꝯfortatio eius cū re
bus que ipsum rigidū efficiūt ⁊ cōstringent
ipsuz quare rigidū fit. ⁊ mūdaᷓ ab eo supflui
tas ⁊ ꝯstringūtur cursus eius. non ergo col
ligiᷓ in eo materia. Medicine aūt que con
fortant ipsum sunt sicut camo. ⁊ mellilotū: ⁊
ro. ⁊ flos squināti: ⁊ mēta recens: ⁊ que illis
sunt similia. Et qñ preterijt sup administra-
tiōez tuam quā administras hanc medicinā
tēpus paruū tunc oportet vt admisceas cuz
his medicinis quaꝝ r̄mēoratio ꝑcessit aliq̄d
ex medicinis fortis caliditaᷓ sicut sisimbriū
⁊ amaracū: ⁊ calamētuz cāpestre: ⁊ fol. lauri
⁊ calamꝰ aro. ⁊ que sunt illis silia. donec re-
soluaᷓ qđ remāsit etiā ꝯfortatōe eius. Et
si humores sint acuti colerici mordicatiui ex
colera ex spēbus eius tunc oportet vt effun
das sup caput acetū vini acuti cum oleo ro.
Et cōfert etiā decoctio papaueris si fundaᷓ
sup caput. Et q̄nq̄ misceaᷓ aliq̄d ex medici-
nis resolutiuis sicut sunt camo. ⁊ mellilotū:
⁊ qui sunt illis similia. Qꝛ si humores sunt
grossi ⁊ nō sunt digesti tunc ego innuo tibi ne
ꝑpes in admistratōe medicinaꝝ resolutiaꝝ

ꝛ euacuãtiuꝫ q̄m humores adhuc sunt ĩma turi crudi ꝛ indigesti. Cuꝫ ergo egritudo est sic nõ conuenit vt euacues eos. ꝛ ꝓprie si egritudo est ex melãcolia aut flegmate. Et quãdo sunt indigesti tunc oportet in ꝑmis vt digeras eos ꝛ subtilies ipsos donec sunt apti ad euacuatiõeꝫ. Quando vero egritudo est ex sanguine aut ex colera citrina nõ indiget subtiliatiõe q̄m isti duo sũt calidi nõ grossi ꝛ nõ minorat̃ caliditas ꝛ ingrossat̃ supfluitas nisi per flegma ꝛ melãcoliã: q̄m in eo q̇d resoluit est. Cum ergo sbtiliauerim⁹ vtrũq; tũc non ꝓpemus vt emplastremus ꝛ administremus exterius q̇d resoluit supfluitates caliditas quare timet̃ q̄n calefit locus ꝙ effundat̃ ad ipsuꝫ materia. veꝝ oportꝫ vt euacuet̃ in ꝑmis post digestiõeꝫ: ꝛ sbtiliationeꝫ. Deinde redeamus tunc ad illud q̇d remãsit in loco ꝛ ponamus sup ipsuꝫ õforis q̇d r̃soluat ipsum ꝛ faciat ipsuꝫ expirare. sicut sunt medicine que fiunt cuꝫ nitro ꝛ sinapi. Cum ergo declinat egritudo tũc oportet vt administremus fricatõeꝫ capitis ꝓprie in balneo ꝛ radamus caput infirmi in ꝑmis. ꝛ administremus medicinas obtarmicas. ꝛ icipiam⁹ cum ea ex eis que est pauce acuitat̃. Cuꝫ ergo fuerit in hora vltima admiñstrẽtur acute.

Capl̃m. xvi. de emigranea.

Fit qñꝫ egritudo parua dolorosa in medietate capitis. ꝛ fortasse est in latere sinistro. ꝛ fit fortis in cõmissura extensa in lõgitudine capitis. ꝛ forte accidit ẜm plurimũ cũ perioda. Huius vero egritudinis causa est eleuatio vaporis humoꝝ aut ꝓpt̃ multitudinẽ eoꝝ q̄uis sint tẽpati. aut ꝓpt̃ caliditatẽ eoꝝ: aut ipoꝝ frigiditatẽ q̄uis sint pauci. Et ex eis sunt qui sentiunt dolorẽ in lacertis tẽpoꝝ suoꝝ quasi tẽdãtur hoc vero inuẽis in paucis eoꝝ. Et in q̇busdaꝫ eoꝝ sunt qui sentiũt dolorẽ vehemẽtem adeo donec ipsi nõ tolerãt vt cadãt sup eos man⁹ oĩo. Causa aũt in illo est quia hec occasio est egritudo pãniculi cõtinẽtis craneũ capitis ṗter ꝙ cutis sit vacua a dolore. Eleuatio aũt hoꝝ vapoꝝ ꝛ hũoꝝ fit in venis ꝛ a laurida: aut in arterijs: aut in vtrisq; simul. ꝛ fortasse expellũt mẽbra que sunt intra craneuꝫ scilicꝫ cerebrũ ꝛ velamina supfluitates que sunt in eis ad exteriora. ꝛ fortasse eleuãtur ad caput ex reliquo corpore vapores ꝛ hũores mali. Et ꝓpt̃ hoc q̄n vis curationeꝫ emigranee oportet vt inquiras in p̄mis an oportet te ꝑmittere flobotomiaꝫ: aut medicinam solutiuã. q̇d est quia si est ex sanguine oportꝫ vt flobotomes. ꝛ si est ex alio oportꝫ vt inquiras ex quo humore est. ergo euacua eum cum eo q̇d cõuenit ei ex medicinis solutiuis. ꝛ si est ex aliquo hũore ꝛ accidit cuꝫ eo caliditas ꝛ inflatio tũc est flobotomia iuuatiua etiã. ꝛ q̄n administras illud intẽde post illud ad curatiõeꝫ capitis ita vt frices medietateꝫ infirmã cum pannis fricatiõe tẽpata ꝛ ꝓprie locũ lacerti tẽporis rotũdi donec calefiat. ꝛ oportet vt facias hoc ante horã periodi febris. ꝛ post illud administra medicinas que ꝓferũt emigranee. ꝛ attẽde eos ꝛ cõsidera naꝫ si sentiũt caliditatẽ vehemẽteꝫ in hora doloris admĩstra medicinas infrigidãtes ꝛ si sentiũt frigus tũc administra medicinas calefaciẽtes. ꝛ ꝑmisce cuꝫ vtrisq; simul medicinam confortãteꝫ cerebruꝫ.

Capl̃m. xvij. de litargia. ꝛ eius intẽtio est obliuio: ꝛ subeth.

Quandoq; accidit cerebro apostema ex hũore flegmatico putrido faciente euenire febrẽ. ꝛ accidit ex illo obliuio ꝛ subeth. quod est quia subeth nõ accidit nisi q̄m febris nocet actiõi partis sensibilis que est illic adeo donec non recipit passionẽ neq; euigilat. ꝛ obliuio non accidit nisi q̄m pars qua fit ymaginatio leditur per febrem quare non accidit. Et intẽtio quidẽ obliuionis est quia non recipit res que sunt in seruatiõe neq; accipit eas. Et pulsus quidẽ illoꝝ quibus accidit hec egritudo est cõicans pulsui illoꝝ qui hñt apostema pulmonis in lenitate: ꝛ vndositate: ꝛ magnitudine: ꝛ mollicie q̇d est quia due egritudines simĩ scilicꝫ apostema cerebri cõicãt in apostema pulmõis: ꝛ apostema cerebri cõicãt in tribus rebus. quaꝝ vna est in cõplexiõe mẽbroꝝ: secunda in causis: ꝛ tertia in significatiõibus. Cõicatio vero in cõplexiõe mẽbroꝝ est q̄m ambo sunt simĩ leuia hũida. Sed in causis q̄m ambo sunt ex hũore flegmatico. In significatiõib⁹ vero q̄m accidit in vtrisq; simul scilicet ꝙ apostema q̇d est in pulmone etiã est ex hũore flegmatico q̄re eleuat̃ ex eo vapor ad interius cerebrũ ꝛ accidit ex eo subeth. Differẽtia vero inter pulsuꝫ habẽtiuꝫ apostema cerebri: ꝛ inter pulsuꝫ hñtiuꝫ apostema pulmõis est. quia est plus tardus ꝛ rarus ꝛ plus frigidus cuꝫ apostema q̇d est in cerebro sit lõginquũ a corde. qua ꝓpt̃ ordinat̃ pulsus infirmi in eo ꝛ minorat̃ febris

eius etiā. In apostemate aūt pulmōis ꝓpē
ꝓpinquitatē suā ad cor mutatᷣ ordo pulsus
Cum ergo vis curatiōez subeth: ⁊ alienatio
nis oportet vt cōsideres in eis que dixerūt
antiqui scilicz in virtute: ⁊ arte: ⁊ acquisitāe:
⁊ etate: ⁊ cōplexiōe: ⁊ regiōe: ⁊ que illis sunt
similia. vbi grā. Si vides extractionez san-
guinis ⁊ ista oīa sunt ꝯuēientia tunc opor
tet vt flobotomes venam. Si aūt non sunt
conuēientia neqꝫ habitudo facit necessariaz
extractiōez sanguinis tunc oportet vt admi
nistres clistere acutum attractiuū forte do-
nec reflectātur vapores ad inferiora. ⁊ opor
tet vt sit scratus ifirmi in domo vndiqꝫ clau
sa tēpati luminis. ⁊ quādo euacuatᷣ corpus
totum tunc oportet vt exbibeas medicinas
que ꝓhibent vapores ascēdere ad caput ex
corpore ⁊ resoluūt quod iam cōprehēsuz est
in eo. Et ex eis que rsoluūt resolutōe bona
est oleum rosaꝝ bonum ꝑmixtuz cum aceto
pauco. ⁊ ꝓprie in principio egritudinis. Et
ꝓpterea ꝙ materia cōtēta in cerebro est fle-
gmatica oportet vt misceantur cum aceto: ⁊
oleo aliquid de medicinis de ꝓpetate quaꝝ
est subtiliare ⁊ calefacere. sicut castoreū: ⁊ ca
lamētuz fluuiale: aut albasce: aut menta. qđ
est quia iste medicine cōfortāt caput ⁊ calefa
ciunt ipsum. ⁊ oportet vt abstergātur extre-
mitates scilicz manus ⁊ pedes cum oleo ali
quo cum nitro: aut piretro: ⁊ semine vrtice.
⁊ confert etiam acetum squilliticū qn̄ abster
gitur super extremitates. ⁊ fortasse admini-
stratur cepa squille ipsius qn̄ abstergitᷣ sup
extremitates contrita dissoluta cum aceto.
⁊ oportet vt emplastrētur cuz ea pedes ⁊ co
xe ⁊ crura. Illud eniz cōfert illis qui ꝓfun-
dantur in sonno graui. ⁊ est subeth. quod est
quia de ꝓprietate huius medicine est vt exci
tet illos qui ꝓfundi fiūt in sonno graui. ⁊ est
almu sbith. quādo cum ea abstergūt manus
eoꝝ ⁊ ipsoꝝ pedes. ⁊ oportz vt odorēt patiē
tes hanc egritudinē albasse: ⁊ calamītuz flu
uiale: ⁊ calamētuz mōtanuz: contrita mixta
cuz aceto. ⁊ da eis mel mūduz dissolutū cuz
aceto squille donec facias ipsuz lubricare in
vuulas eoꝝ. ⁊ si est possibile fac eos garga
riçare cum yera pigra confecta cum secania
bin facto cum aceto squille. In illis autē in
quibus ꝓlōgatur hec egritudo a quibus ac
cidit tremor in manibus ⁊ pedibus suis. naz
hoc accidit in huiusmodi egritudine quādo
debilitatur ⁊ ꝓlongatur. ⁊ debilitatᷣ virtus
que penetrat in neruis qui sunt ex neruis
cerebri. ⁊ debilitatur virtus que est in neruis
spondiliū. ⁊ debilitatur caliditas īnata. In
frigidantur per illud corde manuū ⁊ peduz
qm̄ sunt lōginque a corde quare accidit mol
lificatio ⁊ tremor. ⁊ similiter accidit tremor
ex potu: ⁊ senibus etiam quādo magnifican
tur. Et similiter accidit paraliticis scilicz tre
mor assiduus quādo suspēdūt manus suas
⁊ quiescūt super aliquod preter ꝙ suspēdāt
eas. Ille autem que mouētur ꝗuis ponan
tur super aliquid. naz ille motus est spasma
ticus tunc oportet vt des eis quasi. iij. aurᷣ.
de castoreo ⁊ radatur caput ⁊ pōatur super
ipsum quod calefaciat ipsum. sicut sal: ⁊ mi-
lium: ⁊ que sunt illis similia. Et oportet vt
ponas euacuatiōez semper per clistere: ⁊ qđ
ꝓuocet vrinam: sicut form̄ similes auelanis
ex seminibus: ⁊ que sunt illis similia. Cum
ergo incipit egritudo declinare tunc oportz
vt administretur equitatio: ⁊ balneū: et regi-
men subtile.

Caplm̄. xviij. de cathachijs. ⁊ est frigus. ⁊ est egritudo que accidit
in cerebro similis apoplexie: ⁊ epilēsie.

Uius egritudinis nomen est cōge-
b latō. scilicz ꝙ homo stat oculis aper
tis non mouēs eos ⁊ ascas. ⁊ rema
net sachassen ꝭm habitudinez vnam donec
euadit. Inquit Joannes. Hec egritudo fit
multotiēs in ventre postremo cerebri quan
do opilatur ex humore frigido ⁊ sicco. Et
ꝓpter hanc causam fit ꝙ dolet cum eo ven-
triculus anterior cerebri. Et accidit cum eo
destructio sensus ⁊ motus volūtarij. Et in
hora in qua accidit homini hec egritudo re-
manet ꝭm dispositiōez ꝭm quam erat. quod
est si est sedens: aut stans: aut dormiēs: aut
est scribens: aut facit aliquā aliam actionez
tunc ipse inuēitur remanēs ꝭm illam formā.
Et pulsus illoꝝ quibus accidit hec egritu-
do cōmunicat pulsui eoꝝ cui cōmūicat egri-
tudo obliuiōis ⁊ subeth in magnitudine sci
licet in ꝗtitate. verūtamē est maior in tardi-
tate ⁊ amplitudine scilicz in leuitate. sed est
expāsus. quod est quia causa faciens vtrāqꝫ
est vna eadem scilicet ex parte ꝙ ambo sunt
frigidi qm̄ ex humore flegmatico. ⁊ hec scili
cet congelatio est fortis qm̄ ex melācolia cui
est difficilᷣ alteratio. ꝓpter illud ergo est tar
de sanationis. Et itez humor in ea scilicz in
subeth est leuis qm̄ est flegma ⁊ est hūidus
⁊ in coagulatōe humor est siccus. Et oportz

vt curētur illi per clistere ꝓpꝛ́e si egritudo est debilis. ⁊ si est fortis precipe eis vt accipiant yeram: ⁊ salem indum: ⁊ agaricum: ⁊ turbith cū mēsura q̄titatis medicine: ⁊ ſm q̄titatē virtutis ⁊ cōplexiōis: ⁊ etatis: ⁊ aliorū. Qꝛ si indiget patiēs hanc egritudinē apud declinatōēʒ eius extractōe sanguinis flobotomamus eum ex vena cephalica. ⁊ si est debilis ventosabimus eum super duo crura: ⁊ super duos calcaneos. deinde dabimus ei decoctōēʒ agarici: ⁊ epithimi cuʒ polipodio: ⁊ sticados. Si autē acciderint vigilie ponemus super caput oleuʒ violarū decoctū cuʒ aqua camomille: ⁊ melliloti: ⁊ aneti: ⁊ viole sicce: ⁊ papaueris: ⁊ seminis lactuce. ⁊ dabimus ex medicinis que sunt velocis digestionis subtiliatiue.

Capl'm. xix. de subeth vigilatiua.

(h)Ec egritudo fit in cerebro quādo aggregātur in eo flegma ⁊ colera citrina simul. Cum ergo vincit flegma fit subeth vt putatur de illo cui accidit id q̄a est dormiēs gemit. ⁊ quādo vincit colera apiunt oculi eorū ⁊ nō claudūtur ⁊ vigilāt sicut illi qui habent demoniū ex apostemate cerebri calido. quod nominat̄ karabitus. ⁊ alienantur ⁊ aufertur intellectus ⁊ ꝯsequit̄ eos agitatio. Et pulsus eorū qui habēt hanc egritudinē est similis pulsui habētiuʒ apostema cerebri in velocitate ⁊ spissitudine ⁊ magnitudine. ⁊ similat̄ pulsui habētiuʒ egritudinē obliuionis ⁊ subeth in velocitate ⁊ spissitudine. Et differentia inter vtrosq; est quia est maior pulsu eius qui habʒ apostema cerebri ⁊ latior ⁊ breuior causa flegmatis. Et ꝓpterea q̄ euentus huius egritudinis est ex duobus humoribus cōpositis. quorū vnus est flegma: ⁊ alter colera. oportet vt curatio eius sit ex medicinis cōpositis. Illud qđ ꝯfert in inceptione huius egritudinis est clistere. Qꝛ si magis vincens est flegma tunc oportet vt administret̄ in clisterijs res cum quib⁹ est acuitas ⁊ excitatō. Et si colera est magis vincēs admistrabimus in clisteri ⁊ alijs medicinis de ꝓprietate cuius est extinguere ⁊ infrigidare. Et dico sermonē abscindēteʒ q̄ omīs curatio huius egritudinis non est necesse vt sit nisi ex curatiōe egritudinis obliuionis ⁊ egritudis apostematis cerebri que est ex emplastris: ⁊ linimētis: ⁊ gargarismis: ⁊ alijs medicinis solutiuis.

Capl'm. xx. de apostemate cerebri quod nominatur karabitus. ⁊ est sirsem.

(s)Cias q̄ egritudo karabit⁹ est egritudo calida que est ī cerebro ex apostemate facto in eo ex humore colerico citrino. ⁊ accidit cum eo ꝑmixtio intellectus. Et quādo accidit in cerebro nō oportet vt iudicet̄ quia est in ipso cerebro imo in velamine duro continēte ipsuʒ. quod nominatur miriga. ⁊ est illa ex quo nascitur vuea tunica ⁊ secūdina. quod est quia nos scimus q̄ omī mēbro in quo fit tēsio accidit apostema sed non est in natura cerebri vt recipiat tensioneʒ ꝓpterea quia est humiduʒ currens. ⁊ similiter non est in natura ossis vt recipiat tensioneʒ ꝓpterea quia est frigidū ⁊ siccum ⁊ durum valde. Est ergo necesse vt non accidat tēsio nisi mēbris que sunt inter id quod est in fine duriciei: ⁊ inter id quod est in fine lenitatis. sicut sunt panniculi: ⁊ ligamēta: ⁊ nerui: ⁊ lacerti: ⁊ caro: ⁊ que sūt illis similia. Hec ergo egritudo est ex apostemate calido quod fit in panniculo duro coopiente cerebrū noīato miringa. ⁊ fortasse leditur etiā cerebrū cum eo. ⁊ fortasse leditur ⁊ cerebruʒ ipsum per neruos qui sunt in panniculo in quo ipsuʒ est inuolutū qn̄ dolet dyafragma ⁊ fortasse est etiā cum dolore stomachi ⁊ acuitate febriū incēsiuarū que dicūtur causon. verūtamē nulla harū egritudinuʒ quas nuper diximus sunt qn̄ dolet cerebruʒ cum dolore dyafragmatis: aut dolet cum dolore stomachi dicitur non vere karabitus sed ꝑmixtio intellectus. Et si accidit ei hec egritudo vere sequit̄ eam ꝓculdubio vigilia. ⁊ fortasse sonnus est agitatus donec ipsi saliūt in sonno ⁊ clamāt. Illi vero quos cōsequit̄ hec egritudo ex sanguine corrupto adusto malo dolent cum risu. Et illos quibus aduēit hec egritudo axirxen ex hūore colerico ꝯsequit̄ perfidia sicut ꝯsequit̄ illos qui īfirmātur ex colera nigra. ⁊ fiunt sicut demoniaci ⁊ ꝑmiscent̄ preter q̄ quiescāt. ⁊ oculi eorū sunt turbati sicut sanguis. ⁊ abstergūt eos semp in hora inflāmatiōis ⁊ siccātur. ⁊ in hora fluūt lachrime. ⁊ ligua exaspatur ⁊ denigrat̄. ⁊ patiūtur fluxū sanguinis ex naribus. ⁊ ymaginātur quasi ipsi colligāt atomos: ⁊ quasi ipi mūdent herbas. ⁊ inuadit eos febris acuta conclusa toto spacio egritudinis ipsorū. ⁊ est eorū anhelitus altus. ⁊ eleuātur duo latera. ⁊ ꝓprie qn̄ est axirxen cuʒ dolore velaminis cōicātis cerebri. quod noīatur dyafragma.

Dolent ergo cum dolore cerebri ꝓprie scilicet quando egritudo est in panniculo subtili qui sequitur cerebrum. verum quando est egritudo in pāniculo duro qui sequitur craneū tunc dolor procedit a cerebro parūper ⁊ appropinquat craneo ad exteriora scilicet karabitus verus ⁊ est sirsen. Apparet enim in facie eorꝫ caliditas sanguinea ⁊ ꝓprie in uenis ⁊ ꝓfundātur oculi ⁊ eminent. Et est in radicibus eorum dolor vehemens. ⁊ in illis cuꝫ quibus est egritudo in velamine quod nominatur apparitio horuꝫ accidentiuꝫ est minor quoniaꝫ egritudo elōgatur a cerebro ⁊ appropīquat craneo. ⁊ dolor super gēgeniam pungit plus. ⁊ pulsus est durus ꝓpter extensiōeꝫ que sequitur apostema. ⁊ est paruus ꝓpter duriciem ⁊ debilitatē. ⁊ est velox consequens propter coleram citrinam. ⁊ in ipso est rotūditas quedam propter naturaꝫ cerebri. Et nominatur hec egritudo karabitus quoniaꝫ nocet carnemis. ⁊ est consilium ⁊ certitudo. Oportet ergo vt in omībus in quibus euenit hec egritudo extrahat̄ sanguis cum velocitate si virtus est sana ⁊ non est illic ꝓhibens quod prohibeat. Quod est quia iuuamētuꝫ huius est plus ꝙ reliquorꝫ iuuamentorꝫ ⁊ magis festinuꝫ ꝙ omē quod in ea administratur. Qꝫ si ꝓhibeatur infirmus dare tibi manū suaꝫ ꝓpter amissioneꝫ intellectus tunc ingenia in extractione sanguinis ex vena que est inter duo supercilia. Deinde pone super caput acetum ⁊ oleum rosarꝫ puruꝫ donec expellat vapores ⁊ ꝓhibeat eos eleuari ⁊ confortet cerebruꝫ donec non recipiat vapores ⁊ infrigidet ipsuꝫ. Qꝫ si fortior fiat dolor ⁊ consequātur ipsum vigilie ⁊ permixtio intellectus tunc embroca super caput aquā dulcem bonam in qua decocte sunt camomille: ⁊ viol'. sicca. ro. ⁊ nenufar: ⁊ ordeuꝫ excorticatū: ⁊ rasure cucurbite: ⁊ papauer nigrū: ⁊ papauer album: ⁊ semen lactuce. ⁊ post illud inunge caput cum oleis frigidis ⁊ humidis. sicut sunt oleum violarꝫ: ⁊ oleum nenuf. ⁊ oleum de semine cucurbite dulcis. Si autem remanent amissio intellectus: ⁊ vigilie: ⁊ permixtio postquā administraueris illud tunc redi ad mulgenduꝫ super caput. Qꝫ si virtus fuerit debilis tūc administra lac caprarum. Et oportet vt consideres domum in qua sedet infirmus ⁊ facias ne aer sit in ea grossus: neqꝫ sit calidus immo sit temperatus in complexione. ⁊ non sint in domo forme: neque picture: vel figure. Quod est quia ipse cōmouent ⁊ conturbant. Et sint in domo etiam quidam ex eis quos diligit infirmus: ⁊ loquatur ei verba lenia ⁊ subtilia. Et in quibusdam horis moueatur natura cum clisteri leni: ⁊ detur ei in potu aqua ordei decocti cum aqua cucurbite: ⁊ aqua granatorꝫ dulciuꝫ: ⁊ syrupus violarꝫ: ⁊ syrupus nenufar. ⁊ syrupus rosarꝫ factos cum çucaro. ⁊ sit cibus lactuca elixa: ⁊ atriplex: ⁊ malua: ⁊ cucurbite: ⁊ olus iamenuꝫ: ⁊ citrullus: ⁊ cucumer: ⁊ mes. idest parui faseoli: ⁊ lens excorticata. Qꝫ si infirmus ꝓhibetur ab istis cibis dabis ei in potu sauich ordei idest sira ordei: ⁊ sauich cucurbite: ⁊ sauich siliginis. Si autem videris egrum iam sanum ⁊ febrem iam quiescere ciba ipsum ex vitellis ouorum: ⁊ piscibus paruis aradrachi ⁊ adurāti: ⁊ pullis alterigi. ⁊ da in potu vinum cōmixtuꝫ semper cui non est sapor. ⁊ hoc est diminute caliditatis ꝓpter victoriaꝫ aquositatis super ipsuꝫ ⁊ ꝓprie si est consuetus bibere ipsum. Si aūt vrina eius ꝓhibetur. quod est quia hoc accidens sequitur hanc egritudinē tunc funde super duo emūctoria aquam calidam in qua decocta sunt camomille ⁊ inunge eum cum oleo in quo decocta sunt anetum: ⁊ camomille. Et est necesse vt custodiatur post sanationem ab hac egritudine a corruptiōe cibor: ⁊ adustione solis: ⁊ venenis idest dolebus venenosis.

Capitulꝫ. xxi. de mania. ⁊ est spēs demonū.

m Anie auteꝫ intentio est terrefactio: sed melancolie intētio est submersio in melācolia. Inquit Joannes. Manifestum est ꝙ hec egritudo non fit nisi aut ex colera que aduritur: aut ex humore melancolico qui acuitur ⁊ aduritur. Et differentia quidem inter istas duas: ⁊ inter carabitum est ꝙ iste fiunt absque febre. ⁊ cuꝫ illo fit febris. quoniam materia eius est coartata putrida. Mania vero sequūtur vigilie semper: ⁊ saltus: ⁊ sonnia mala: ⁊ pulsus paruus durus. Paruitas vero est ꝓpter debilitateꝫ. sed duricies est ꝓpter siccitatē. Quod est quia melācolia quando vincit desiccat reliquuꝫ corpus. Indurātur ergo tūc corpora venarum. Quāobreꝫ pulsus fit durus quoniam duricies pulsus non cōpletur

nisi per hoc ꝙ corpus arterie est durum nec lene ꝛ inobediens tactui. Et est necesse vt sit plus nostri study in hac egritudine cum capite ꝛ radamus ipsum ꝛ fundamus effusione semper super ipsum aquam in qua decocta sunt viola sicca: ꝛ recens: ꝛ etiam folia nenufari: ꝛ folia salicis: ꝛ rosa pauca: ꝛ etiaꝫ ordeum excorticatum: ꝛ rasure cucurbitis: ꝛ semen citrulli: ꝛ folia lactuce: ꝛ etiam semen eius: ꝛ papauer nigrum: ꝛ album: ꝛ etiaꝫ aliquid de cimis camomille: vel flore mandragore. Et sic oportet vt administres illud quãdoqꝫ in mane ante cibum: ꝛ etiam quandoqꝫ in vesperis. Et si est necesse vt fiat caputpurgium fac sic scilicꝫ cum oleo violaruꝫ: ꝛ cum oleo de nenufari: et cum oleo de semine cucurbite dulcis. ꝛ misceatur etiam cum quocũqꝫ oleo fuerit oleuꝫ de amigdalis dulcibus cuꝫ lacte mulieris que nuper peperit.

Q si administretur res iste p̄dicte ꝛ non quiescat egritudo: ꝛ remaneat siccitas in cerebro tũc est necesse vt mulgeatur super caput lac mulieris: aut lac caprarum cum administratione embrocarꝫ in quibus precessit sermo. Et sit aqua tepida. deinde curetur cum caputpurgijs ꝛ postea illud ingenietur vt prouocetur sonnus vt remaneat virtus embroce ꝛ caputpurgiorꝫ in cerebro. Et iaceat infirmus donec quiescat virtus animalis eius in domo temperati aeris: ꝛ sedeant cuꝫ eo aliqui ex quibus verecũdetur ꝛ etiaꝫ quos timeat vt non agitetur. quoniã quãdo agitatur ꝛ clamat ꝛ permiscetur fit fortior excitatio humoris ꝛ febris ꝛ calefit ꝛ exsiccatur ꝛ additur egritudo egritudini cum additione siccitatis humoris. Et oportet vt fricentur membra inferiora scilicet duo pedes ꝛ etiam duo crura cum oleo de nenufari: ꝛ cum oleo violaruꝫ ꝛ strigantur coxe ꝛ crura vt trahatur materia inferius. Et si accidunt vigilie tunc detur in potu syrupus nominatus dyacodion purus solus: ꝛ cum syrupo granatorꝫ: aut etiaꝫ aqua granatoruꝫ: aut aqua cucurbite: aut syrupus de piris. Et oportet vt alienetur asecaniabin quoniam est desiccatiuus. ꝛ etiaꝫ demus ei aquaꝫ ordei cum çucaro. Q si constringatur natura administremus clistere lene factum ex camomillis: ꝛ violis siccis: ꝛ ordeo excorticato: ꝛ feniclen: ꝛ altea: ꝛ alchasech: ꝛ cum oleo sisamino recente: ꝛ penidijs çucaro rubeo: ꝛ salis masse. Et postea postꝗ quiescit egritudo parũper ꝛ humectatur cerebrum tunc oportet vt administramus flobotomiam: ꝛ post illud soluimus naturaꝫ cum decoctione mirobol. ꝛ nutrimus si est illic caliditas cuꝫ cucurbitis: ꝛ citrullis: ꝛ atriplice: ꝛ olere iameno: ꝛ almes: ꝛ lactuca elixata in caçola cum oleo amigdalarꝫ dulcium. Et si non est illic caliditas in corpore tunc nutriatur infirmus cum pullis: ꝛ aduraríci: ꝛ carne hedi: ꝛ cum pedibus caprarum: ꝛ vitellis ouorum: ꝛ cum piscibus recentibus aradrachi. Et quando inuenis ypostasim in aqua postquaꝫ fuerit natans aut pendens in medio tũc illud significat declinatiõeꝫ egritudinis ꝛ diminutionem eius. Oportet ergo vt des ei in potu ex vino quod sit antiquuꝫ ꝛ hoc si sit permixtum valde. ꝛ ꝓprie ei qui consueuit bibere ipsum.

Caplm. xxij. de melancolia.

s Cias ꝙ melãcolia est aliquid ex demonio in eo absqꝫ febre ex humore melancolico: ꝛ per nigredineꝫ suam ꝛ suam tenebrositatẽ ebulit spiritus animalis. Et accidit ei ymaginatio quam ymaginatus fuit visus ex tenebrositate extrinseca. Inquit Joannes. Et non accidit id nisi quando retinetur in capite iste humor. Et fortasse accidit quando spargitur iste humor in corpore toto. Et fortasse accidit ex apostemate calido quod est in stomacho ꝛ calefacit sanguineꝫ ꝛ ponit ipsum melancolicum: ꝛ eleuat vapores grossos melancolicos. Huius autem habitudinis tertie ꝓprietas est scilicet vt nominet eam ꝗplures inflãmationem mirachiam. Significationes vero harum trium scilicet specieruꝫ ꝭm cõmunitatem sunt tristicia: ꝛ timor: ꝛ destructio sermonis. Et ista accidẽtia fortasse sunt hore in hac egritudine. Et fortasse accidunt propter alias causas multas. ꝛ quibus non est necesse penitus vt fiat timor. Quidaꝫ autem illorum quibus accidit hec egritudo desiderãt mortem valde. Non autem oportet vt ãmiremur si cõmunicat colera nigra super originem anime rationalis si accidit timor ꝛ tristicia: ꝛ timeat mortem. Quod est quia nos videmus in dispositiõibus extrinsecis a corpore quia non est aliquid terribilius ꝗ tenebra. Et ꝓpter illud quando spargitur aliqd ex tenebris sup partẽ rationaleꝫ

lucidam anime tunc necessario fit vt timeat homo semper. Quod est quia res que fortasse accidit nobis extrinsecus quãdo communicat rei tenebrose super aerem cõtinentem nos ipsos est illa que accidit illi qui habet humorem melancolicuz deintus quãdo colera nigra peruenit ad cerebrum: aut vapor eius. Sunt autem significatiões alie que fortasse accidunt illis qui expauescunt mortem: aut desiderant eam. Et sicut illis qui putant se facturos vasa fictilia: ꝛ qui similantur gallis. ꝛ sicut illis qui timent ex nigredine. ꝛ sicut illis qui timent ꝙ celum cadat super eos. Causa vero earum dispositionum ꝛ accidentium cum veritate est incõprehensibilis: ꝛ ẜm ꝓbabilitatem est possibile vt dicatur super eam illud in quo est excusatio. Et fortasse est ex diuersitate humoris melancolici qua vsi sunt infirmi: ꝛ qua regebantur in hora sanitatis eorũ: aut ex ymaginibus aliquibus que ymaginate fuerunt.

Et significatiões super victoriam huius humoris in corpore toto est ariditas corporis nigredo coloris: ꝛ spissitudo capillorum in capite ꝛ corpore toto. Et non inspissantur nisi propter caliditatem vehementem a qua est adustio ꝛ victoria melancolie: ꝛ regimen generans humorem melancolicum: ꝛ retentio rerum que euacuabantur in sanitate sicut emoroydes. ꝛ est genus albucfir in quo currit sanguis melãcolicꝰ in hora absq; hora: ꝛ eruptio sanguinis: ꝛ sanguis menstruus. Et signa que significãt ꝙ humor coartatus est in cerebro solo sunt defectibus signorum que diximus. Et vsus cogitationis: ꝛ tristicia: ꝛ aspectus assiduus ad terram: ꝛ nigredo capillorũz capitis: ꝛ spissitudo eius solius absq; corpore. Illis autem ex illis quibus est humor in stomacho ꝛ accidit ructus accidus: ꝛ multitudo sputi: ꝛ rugitus: ꝛ dolor spatularum: ꝛ sputum flegmatis: vel vomitus decliuis ad caliditatem.

De curis melancolie. Oportet vt incipias a flobothomia vene cephalice: aut fusce ꝛ aperientur apertiõe ampla donec euacuetur cum subtili quod est in eis grossum. Et si sunt vene iuncture subtiles tunc oportet vt flobotomes saphenam. ꝛ ꝓprie in mulieribus. ꝛ est hoc causa attractiõis menstrui et necessitas vero euacuationis sanguinis ĩ hac egritudine est: et non est iuuamentũ per eam paruum: quoniam materie que sunt in corpore euacuantur sicut dixit diuinus ypocras in libro suo de cibis ꝙ conuenientia cursus materierum est vna: et similiter conuenientia spirituum est vna. Et ꝙ omnia mẽbra dolent ad inuicem. Computauit ergo nobis Ypocras per sermonem suum ꝙ conuenientia cursus est vna super nutrimentum quod currit ex epate: et reliquis venis ad reliqua membra. Sed per sermonem suum conuenientia spirituum significauit super spiritum animalem qui currit ex corde in arterijs: Sermo vero eius ꝙ quedam dolent cum ex quibusdam significat super sensum qui currit ex cerebro in neruis ad reliqua membra. Et post euacuationem sanguinis rege infirmum diebus paucis cum cibis temperatis: laudabilis humoris: sicut est caro hedi: ꝛ arietum iuuenum: et pullorum: et durarigi: ꝛ pisces recentes aradrachi. Et lactuca: et endiuia: et atriplex: et cucurbita: et malua: ꝛ olus lamenum: et vitellus oui. et que illis sunt similia. Et oportet vt caueant ab omnibus cibis grossis generantibus humorem melancolicum: sicut est lens et caulis: et melongia: et caseus antiquus: et caro vaccina: et caro camelina: et omne salitum ex piscibus ꝛ carnibus. Et confert ei ex potibus si non est caliditas vinum subtile album quod nõ est vetus. Et oportet vt custodiatur a vino grosso veteri nigri coloris. Et si est illic caliditas et vrina est rubea: da eis in potu secaniabin de çucchare. Et redi post illud ad medicinas que euacuant hunc humorem: et incipe cum faciliore ex eis sicut est yerapigra: et epithymum: et parump scam̃. et pulpa colloquintide. Et compone eas ẜm quantitatem virtutis et etatis et aliorum. Et postea si non excusat ista euacuatio regemus eum cũ rebus humectantibus. Deinde mundificemus eũ secundo cum decoctione epithymi ꝛ agarici. Quod est quia hoc regimen conuenit ei in q̃ iste humor est acutus ex adustione colere: et est complexio calida. Si autem humor ẽ terrestris grossus frigidus tunc munda stomachum per vomitum: et moue ipsum cum potu aque calide vbi decocta sint anetuz sal et calamentum fluuiale et nux vomica: et semen atriplicis et cancarset: et semen raphani. Et ciba illum in primis ex raphano decocto cum secaniabin facto cum aceto squillitico. Et si adiuuat virtus habundantius ponemus elleborũz cum raphano: ꝛ infundimꝰ

ipm in secanlabin. Et post mundificationem
stomachi dabimus ei quasdam pillulas que
mundificant humorem melancolicum ex eis
que diximus in compositione medicinarum.
Et accipiantur in omni ebdomoda semel. et
damus eis in diebus trifaram cum yera pi-
gra et epithimo: et sit quantitas trifere tres
.ʒ. et ex yera medietas .ʒ. et ex epithimo pon
dus .ʒ. vnius. Et post mundificationem cum
istis medicinis euacuandus est cum medici-
nis humectantibus calefacientibus corpus
sicut cum aqua casei: cum sale indo: ⁊ epithi-
mo: et mirab. nigris: et zucharo. Et damus
has medicinas plus habentibus corpora de
bilia super quos timetur ex medicinis forti-
bus. Si autem stat egritudo post istas e-
uacuationes et viderimus accidentia demo
nij et melancolia quod nocet infirmo facim⁹ ipz
quiescere quantitate decem dieruz. Deinde
redimus ad medicinas fortiores istis et prop̄e
yeram Gal. Quod est quia de proprietate ei⁹
est mundificare humores qui mixti sunt i re
the. nec est cum angustia: nec cum eleuatōne
Et yeram ruffi: et yeralogodiō: et vnaqueq;
detur cum decoctione epithimi et mirab. ni-
grorum et kebulo. et polipodij: et sticados: et
passularū enuclearatarū: et salis indi. Cum er
go euacuas cum istis medicinis et vides in-
firmum iam redire ad naturam suā parump.
Et significatur super illud ex diminutōe ti-
moris et tristicie consuesce administratōnem
huius medicine so. ipsiusmet super fiduciam.
Nam quando tu assiduas administratōnem
huiusmodi medicinarum: tunc necesse est vt
redeat ad sanitatem integram. Nam si das
yeram semel aut bis: ⁊ vides quod accn̄tia egri-
tudinis non minuuntur redi ad euacuatōes
factas cum lapide lazuli. Medici autez an-
tiqui dabant in hac egretudine elleborum ni
grum: et fortasse dabant illum decoctū cum
aqua. Et fortasse dabant illum contritum: et
quotiens nolebant solutionem addebant in
potu eius vt tardaret in stomacho ⁊ soluerz
plus. Et fortasse miscebāt ipm cu medicinis
alijs donec euacuaret huius humorē inquit
Johannes. Medici vero nostri temporis
recedunt ab eo propter vehementiā que acci
dit illi qui accipit ipm. Elegit ergo lapidem
lazuli loco eius ⁊ est necesse vt conuertamus
studium nostrum ad cor donec confortemus
ipm: ⁊ destruamus timorem qui accidit infir
mo. Quapp necesse est vt ꝯsiderem⁹ ꝯplexioez
cordis post mundificatōem. Et si viderim⁹
ipm declinare ad caliditatem dam⁹ ei vnam
medicinarum que confert tremori cordis ac
cidenti ex caliditate ex eis que sunt fixe i cu
ratione doloris cordis. Et si viderimus ipz
decliue ad frigus dabimus ei tyriacaz quasi
aureum vnum cum vino in quo infusa ē ar-
noglossa. Et confert etiam medicamem de
musco dulce ⁊ amarum. ⁊ damus vnūq̄dq;
eorum cum aqua olei quod nominatur bed
heraz inbia. Et damus ei iterum ex hoc ole
re quod comedit ex eo ⁊ sit multum. Et si
accidant eis vigilie administramus embro-
cas significatas in curatione manie in capi
tulo. xxi. Et si indigent aliquo fortiore illis
faciemus embrocas ex pedibus capraruz et
capitibus caruz: ⁊ mulgemus super capita
eorum lac semper. Et si fecerimus illud et
non confert infirmo aliquid non est necesse
vt abscidamus spem: sed redeamus ad me-
dicinas quas diximus multotiens. Quod
est quia humor est frigidus siccus praue re-
solutionis.

Capitulm. xxiij. de epilepsia ⁊ ē sisarra.

Pilepsia non est nisi spasmus cor
e poris totius. verum tamen non est
semper: ⁊ est cum nocumento actio-
num membrorum pncipalium. Et fortasse
accidit cum lesione cerebri prop̄e. Et forta ve
accidit cum lesione stomachi: et in quibusdā
membris cum lesione aliorū membrorum si
cut manuū ⁊ pedum. Paulus vero alegēti
dixit se vidisse hanc egritudinē accidisse ex
matrice: ⁊ illud fuit in muliere pregnante: et
postq̄ ipa pepit quieuit egritudo. Generat
autem hec egritudo sm intentōem Gal. ex
humore qui opilat meatus vētriculoꝝ cere-
bri. Humor vero iste grossus sm plurimū ē
viscosus flaticus: ⁊ fortasse est in modico de
cliuis ad colerā nigrā: ⁊ sm snīaz Ari. nō ge
nerat nisi ex vētositate grossa q̄ opilat mea
tus vētriculoꝝ cerebri: ⁊ phibet ipam subtili
tatem penetrare ⁊ dare mēbris motū ppter
illud ergo epilepsia accidit subito ⁊ qescit subi
to. Quod est quia vētositas est velocis motus.
Sequit aūt illos qui hāc hn̄t egritudinē
grauitas capitis: ⁊ debilitas visus: ⁊ tardi-
tas sensus: ⁊ citrinitas faciei: ⁊ agitatio mo
tus lingue. Et illos qbus accidit hec egritu
do pp stōm sequit salt⁹ ꝯtinu⁹ i stō ⁊ trēor et
mordicatio. ⁊ pprie qn̄ nō cibāt aut minorat
cibus eoruz: ⁊ hora qua accidit eis egritudo.

hec cadunt subito. ⁊ accidit eis spasmus in mēbris eorum. et tremor: ⁊ cōmotio. ⁊ fortasse accidit eis vociferatio ⁊ extendunt eam. Significatio autē annexa reliquis speciebus huius scilicet egritudinis est spuma egrediens ex ore. Quod est quia spuma est humiditas permixta cum ventositate. Et fit spuma ex tribus causis. Primo aūt ex motu vehementi. sicut est illa que apparet in mari. ⁊ in hac egritudine propter necessitatem motus. Secundo aūt ex caliditate accidente. sicut facit olla. Tertio aūt ex caliditate ⁊ motu. sicut est illa que apparet in equis quando mouentur ⁊ currunt. Iste ergo sunt cause faciētes eam. Causa autē materiei scilicet materie spume per quam cum motu ⁊ caliditate fit spuma est ipsa humiditas. Illis autē quibus aduenit hec egritudo ex membris alijs accidit vt manifestam emittant eructuationem propter incensum humoris mali ⁊ accēsionem eius ad caput. Et incipiunt enunciare de eo qđ timent sibi accidere. Sicut significauit puer quē dixit Galienus in libro diagamustica. Et eius intentio est de illo qui accidit hec egritudo ex crure suo. Ipse enī dixit scilicet ꝙ ipse sentiebat eum ascendere ad cerebrum suum. ⁊ hoc quidem fit quando sunt in interioribus horum membrorum opilatio ⁊ constrictio. Cum autem non penetrat in eis spiritus animalis redit sāguis qui est in eis ad mortem. Propter illud ergo conculcatur ⁊ ascendunt ex eo ad cerebrum humores frigidi ⁊ sicci. Et sicut accidit illis in quibus aggregatur sperma multum: aut etiam sanguis menstruus quare accidit eis epilensia: ⁊ precipue pueris ex proximo genitis propter multitudinem humiditatis cerebri eorum ⁊ etiam debilitatē ipsorum mēbrorū.

Hec autem egritudo multis nominatur nominibus ex quibus est fedimiu quoniam accidit plus pueris et epilensia. quoniam facit spasmum: ⁊ constringit motus: ⁊ sensus: et diuinatio. Unde putant ꝙ ipsa sit ex parte demonum. vnde nocet membris principalibus. Et herchulea ex nomine herculis superbi quasi sit propter magnitudinem eius.

Si ergo sit ille quem inuadit hec egritudo puer sugens lac tunc non oportet vt elaboretur in dando ei aliquid quo curetur. Quod est quia etas eius quando eleuatur et confortatur caliditas eius permutatur ab illa. Testificat̄ super illud Ypocras vbi dicit in libro affo rismoꝝ. ꝙ pueri scilicet qui habent egritudinē epilensie euadunt ab ea cum permutatione dispositionum in etatibus: ⁊ tēporibus: ⁊ regionibus: ⁊ regimine.

Et ꝙ si hec egritudo accidit ante pubertatē tunc ipsa permutatur. Et si accidit eis qui consequūtur viginti quinq̄ annos tunc ipsi moriūtur in ea. Oportet ergo vt sit plurimum nostri studij in regimine lactantis. Nam si fuerit lac eius subtile īgeniabimus in eo quod reducet ipsum ad equalitatem. si fuerit grossum reducemus eum ad temperatum etiam. Et est necesse vt elongentur a coitu. Quod est quia coitus subtiliat lac. ⁊ ponit odorem eius alterum. Et si accidat vt impregnetur erit lac eius tunc paruū. Et vtatur exercitio. et proprie ante cibum. deinde post ipsum. Et nutriatur cibo laudabilis humoris. Et bibat vinū quod non sit valde antiquum quando sitit. et est ei conueniens et secaniabin cum aceto squillitico.

Et oportet vt caueat sibi ab oleribus ⁊ proprie ab apio. Quod est quia natura eius est cōmouere hanc egritudinem. Puero vero faciemus caputpurgium ex confectione que nominatur seliche cum aqua sansusi: ⁊ cum aqua assebenegi. ⁊ proprie in capite mensis: ⁊ in hora in qua patitur epilensiam.

Et si infirmus iam cōsecutus est etatem in qua possibile est vt moueatur cum exercitio et tunc precipiatur infirmo vt scilicet vtatur exercitio temperato ante cibum. Et sit cibus eius ex pane cuius fermentū sit bonum. et massa eius: ⁊ decoctio ipsius. Et sit in eo sal temperate. Et sit panis factus in furno. Et si in natura pueri sit multitudo caliditatis tunc precipiemus ei vt comedat de coriādro humido modico cum lactuca. Quod est quia de consuetudine eius est ꝙ ipsum prohibet vapores eleuari ad caput. Nam cautela in hac egritudine est bonitas multa. Si autem declinauerint ad aliquid reliquorum oleorum tunc absoluemus eis vt comedāt siclam: ⁊ fumum terre: et endiuiam: ⁊ cum hoc lactucam. Et ex volātibus aduragi: ⁊ pullū: ⁊ carnē perdicū: ⁊ aues paruas: ⁊ turtures natas in illo tp̄e: Et ex quadrupedibus oportet vt prohibeas eos ab ipsis ⁊ precipue a porcis ⁊ cum hoc etiam a vaccis. Et si vincit desiderium aut vocat necessitas tunc absoluim⁹ eis paru n

in omi spacio. Et sit ex carne anothdi scilicet paruo⁊ ex hac carne ⁊ animaliũ. Si autem accidat infirmo malicia digestionis: ⁊ inflatio in stomacho administrentur in cibo cum coquitur piper:⁊ cinamomuz: ⁊ anisum:aut sinapi.quãuis incisio in eis sit oportet tamen vt abstineat quoniam implet caput vaporibus multis quos generat. Si autez desiderant aliquid ex piscibus accipiant qui ex eis sunt paucarum supfluitatuz: ⁊ qui inueniũtur in locis petrosis. ⁊ non sit illud semper sed raro. A fructibus autez oportet vt fugiat ille qui est in hac egritudine. Si autem vincat desiderium tunc accipiat ex eis parum in medio comestionis ⁊ post comestionem olerum. Et custodiantur a fructibus siccis.⁊ proprie a nucibus:⁊ datilis. ⁊ vtantur fisticis: ⁊ passulis. ⁊ alienentur a vino quoniaz replet caput vaporibus multis quos impellit. Rob autem quoniam confortat stomachũ ⁊ confert digestioni non est negandu3 quin vtatur cum equalitate.Et custodiantur ab ablutione assidua precipue post cibum. ⁊ custodiantur iterum apud exitum eorum ex balneo ne bibant aliquid ⁊ precipue vinum purum. Nihil enim istis est nocibilius isto. Et non oportet etiaz vt occurrant aeri frigido post balneum immo expectent parũper donec quiescat caliditas ⁊ auferatur cõtinuatio anhelitus. deinde redeant ad consuetudines suas ⁊ etiaz in operationibus suis. Et sumant in primis secaniabin factum cum aceto squilli. Si autem illud non contingit tunc sume syrupuz de absinthio. hic enim iuuatiuus est stomacho valde. ⁊ mũdificat supfluitates que aggregãtur in eo mundificatione multa. Hoc ergo ⁊ eius simile regimen est quo oportet vti ille qui epilẽsie egritudinẽ habz. Medicine autem quibus oportet ipsum curari sunt ille quas dicam vnaz post aliam. In principio ergo ⁊ in hora periodi scilicet quãdo cõmouetur hec egritudo tunc oportet vt cõmoueatur os cum penna: aut voluat etiã cum digitis postquaz inũxerit eos cuz oleo de lilio:aut cum yera pigra.⁊ faciat illud vt incidat flegma coartatum in stomacho. Si autez non sit facilis vomitus per illud tunc administramus aquam calidam in qua decocta sunt anetum:⁊ sal:⁊ calamẽtuz: ⁊ nuxmuscata: ⁊ cancarçed: ⁊ rafani semen. Et postmoduz postquaz quiescit periodus si tũc est repletio multa ⁊ etiam multa caliditas tunc oportet primo ꝙ incipiamus cum flobotomia. ⁊ si non tollerat illud tunc ventosabimus eum super duo crura et administrabimus post illud medicinas subtiliatiuas. Et si fuerit hyemps dabimus in potu decoctionez ysopi. Quod est quia ideo quia confert iuuamentuz multum. Et ego scio iam multos sanatos cum eo solo. Quod est quia incidit humiditates viscosas.⁊ non dimittit in stomacho aut in pectore aliquid ex supfluitatibus. ⁊ ipsum euacuat quasdam eo⁊ per vrinam: ⁊ quasdam eorum per ventris solutionem. Et damus ex eo solo: ⁊ etiam cuz secaniabin facto cum aceto squillitico. Si autem superfluitas est subtilis tunc damus ei decoctioẽz absinthij. ⁊ ſm vnam descriptionem est bona ei cum secaniabin squillitico.⁊ redimus post illud ad mundificationez humoris. Si ergo fuerit melancolicus scilicet vincens super complexionem eius melancolia ⁊ fuerit digestus tunc administrabimus ei cum decoctione epithimi: ⁊ etiam agarici: ⁊ cum mirabolanis nigris:⁊ cum mirabolanis kebul. ⁊ polopodij: ⁊ fumo terre: ⁊ cum yera pigra:⁊ turbith: ⁊ etiam sticados. ⁊ sumatur ex ea multotiens. ⁊ precipue si eoruz complexio est calida. Et si eger fuerit flegmaticus scilicet vincens super ipsum humo⁊ flegmatic⁹.quia iam digestus est ⁊ cum hoc est subtiliatus tunc oportet vt nos demus ei pillulas stomaticas.nam sunt ei maxime conuenientes. ⁊ etiam demus ei pillulas galleni que vocantur cochie. Et conferunt etiam iste medicine scilicet. ℞. pulpe coloqntide: sticados: castorei. omĩuz añ. ℥.i. yere pigre.℥.iiij. agarici.℥.ij. turbith.℥.i. terantur ⁊ cribellentur ⁊ conficiãtur ⁊ fiant ex eis pillule ⁊ administrẽtur. Sitqꝫ dosis ex eis ꝙ est inter.℥.i. vsqꝫ ad.℥.iij. eius cuius virtus est sana: ⁊ in etate iuuẽtutis. ⁊ detur eis yera quãdo miscentur cum omĩ potione eius epithimi cretẽsis duo daulch:⁊ coloqntide quod sit equale ei. Si autem illud non excusat tunc dabimus ei yeram gal. ⁊ yeralogodion cuz decoctiõe mirabolano⁊ nigrorum: ⁊ epithimi: ⁊ polipodij: ⁊ passula.enucleata. ⁊ sticados: ⁊ salis indi. Et post administrationem horum conueniens est vt administrentur gargarismata cum yera pigra mixta cũ aceto squillitico: ⁊ ysopo sic.⁊ piretro:⁊ sinap: ⁊ corticib⁹ radicũ cap. ⁊ origani.

Et post illud est conueniens ad premissiones conseruationis sanitatis vomitus. et ipse confert post comestionem raphani et ciborum salsorum et vere dulcedinis. Et confert etiam vomitus post ebrietatem. Quod si causa fuerit ex membro alio sicut manibus et pedibus tunc oportet vt studium impedamus ei. Cum ergo euacuauerimus in primis cum medicinis que mundificant flegma et coleram nigram ponemus super locum emplastrum ex medicinis ex quarum proprietate est vt calefaciant et attrahant et subtilient donec sudet locus etc. et currat ex eo humiditas multa. et huius quidem facit alletaragi. et post studium cum istis rebus administra vomitum: et solutiones ventris: et gargarismata. et exercitetur infirmus etiam in stadio. et domet proprie membrum infirmum. Si autem fuerit antiqua mala tunc oportet vt administremus in curatione eius medicinas de proprietate quarum est vt subtilient et confortent valde sicut medicamen solutiuum in quo cadit eleborus niger. quod est quia multotiens mundificat superfluitates viscosas per vomitum. Nam ego scio multos de quibus desperauerunt medici sanatos etiam hoc regimine tantum. Et post id est necesse vt demus semper aliquid de confectionibus solutiuis mundificatiuis. sicut est tyriaca: et metridatum: et yera ruffi: et confectio hermetis. Et ex eis que conferunt proprie est hoc medicamen. Rx. siseleos au. ij. baccarum lauri tantundem. aristologie: radicis cappar. peonie. omnium an. au. ij. castorei trociscorum squille. an. au. i. conficiantur cum melle despumato et da eis omni die ex eo cum aqua mellis: aut secaniabin facto cum aceto squillitico. verumtamen medicine iste multe complexionis sunt non inuente. Sed ex medicinis simplicibus inuentis etiam est piretrum. teratur et misceatur etiam cum melle et detur ex eo coclearium vnum omni die. ipsum enim est magni iuuamenti. Et radix peonie maxime confert pueris qui patiuntur epilensiam. et est iuuamentum magnum sicut Gal. illud testificatur. Et existimat quod vidit puerum super quem cum fuerit suspensa hec radix non passus fuit epilensiam quasi octo mensibus. Post hoc vero spacium desperexerunt eum quare cecidit ab eo ergo redit ei egritudo subito. deinde suspensa est super ipsum secundo quare recessit egritudo.

Inquit Gal. Volui ergo vt verificarentur apud me illud. Accepi ergo medicinam ex collo pueri quare rediit iterum ei egritudo statim: Suspendi ergo in collo eius statim partem magnam recentem huius speciei quare recessit ab eo egritudo omnino. Dico ergo forsan se resoluentur ex hac specie partes que currunt et attrahunt eum odoratu versus corpus et sanant membrum lesum: aut alteratur qualitas aeris ab hac specie et recipit virtutem eius. Cum ergo odorat fumum eius infirmus facit huiusmodi operationem.

Caplm. xxiiij. de apoplexia.

[S]cias quod apoplexia accidit quando leditur origo neruorum et leduntur cum ea membra corporis omnia quare destruitur motus eorum et ipsorum sensus cum nocumento operationum omnium membrorum principalium. Causa autem huius egritudinis est flegma frigidum grossum implens ventriculos cerebri et prohibens spiritum animalem penetrare. Et scitur quod huiusmodi humor coartatur in ventriculis cerebri principalibus in hac egritudine non sanatur sanatione integra sed redit ad paralisim. Quod est quia si esset in non principalibus ventriculis sicut est epilensia natura mundificaret eam velociter. Propter illud ergo diuersa fit epilensia ab apoplexia. quoniam apoplexia fit ex opilatione completa integra communicante super cerebrum scilicet in reliquie vasis eius et in panniculis eius omnibus. quare accidit priuatio motus. Epilensia vero est ex opilatione non integra que figitur in meatibus neruorum omnium. quapropter accidit corruptio motus. Egritudines vero duo communicant in causa et loco. verumtamen quoniam causa apoplexie est materia multa. et est egritudo difficilis. et quando est diminuta est debilis. et cognoscitur difficilis a debili ex ipso infirmo. quod est quia si est nocumentum in ea paruum est debilis: et si est magnum est difficilis. Et continuatur cum hac iterum egritudine hesitatio sicut aduenit sanis quando profundi fiunt in somnis. Difficili vero non est sanatio. quod est quia perducit mortem. Debili vero si accidat vt sanetur tunc ipsa sanatur cum contractione alicuius partium corporis. Et Ypo. quidem iam dixit in libro afforismorum quod apoplexia que est difficilis non soluitur. et debilis est difficilis resolutionis. Illorum ergo quos possibile est sanari quocumque modo est dispositio oportet vt soluatur

tur nature in hora cum clisteri acuto donec
attrahatur materia ad inferiora. deinde ape
riatur os ⁊ intromittat̃ in ipsum digitus:
aut penna submersa in oleo: aut yera donec
habeat volũtatez vomendi cum velocitate.
Et postq̃ habet volũtatez vomẽdi detur ex
tyriaca auř. i. aut cõfectiõe anacardina cum
aqua mellis: aut cum aqua anisi ⁊ masticis. ⁊
ꝯfert iteꝝ mel faui qñ lambit ex eo solo. Ca
put vero oportet vt calefiat cũ ferro ignito
suspẽso sup̱ ipsuz: aut gariofilis calefactis:
aut mace ⁊ iel. ⁊ vtatur hoc regimĩe qd̃ dixi
mus vsq̃ ad diem q̃rtũdecimũ. ⁊ detur infir
mo post illud oleum de kerua cũ aqua de ra
dicibus que cõuenit huic egritudini: ⁊ yera
pigra. ⁊ cõfert oleum alkelekelẽgi: ⁊ oleum
quod dicitur alkedhi cuz aqua de radicibus
qñ administrat̃ ꝰm dispositiõez quã diximꝰ.
Et detur in oibus tribus diebus ex pillulis
que mũdificant humorẽ flegmaticũ. ⁊ postq̃
dãtur in potu iste medicine ⁊ olea cõueniũt
yera gal. ⁊ yeralogo. ⁊ yera archige. ⁊ yera
tenduttitos. Et cõferũt iterũ gargarismata
cuz medicinis que attrahũt flegma sicut ye
ra pigra facta cuz aceto squillitico: ⁊ stafisa
gria: ⁊ piretro: ⁊ cortices radicis cappar̃: ⁊ si
napis. Et cõferũt ex cibis istis aqua ciceris
qñ coquit̃ cum pullis: ⁊ issidabegi qñ coqui-
tur cum passeribus ⁊ canabit. Et cõfert eis
ex potibus syrupus de melle factus cuz spe
ciebus ⁊ handican. Et cõfert eis vinũ odori
feꝝ antiquũ: ⁊ açibibi: ⁊ vinũ de passis factũ
cuz melle mũdo. Cum ergo resoluit̃ egritu
do intromittat̃ in balneũ ⁊ inũgat̃ cuz oleo
de balsamo: ⁊ oleo de eufor. Et confert iteꝝ
oleũ anetinũ: ⁊ oleũ costinũ qñ vnũquodq̃
istoꝝ soluz admĩstrat̃ ⁊ cum castoreo ⁊ pire-
tro cõtritis.

Caplm. xxv. de paralisi-

p

Ropterea q̃ qñ soluit̃ apoplexia
redit ad paralisiz. visuz est nobis q̃
ipsa sequat̃ eam. Et oportet vt scia
mus q̃ natura diuisit cerebrũ in duas par-
tes scilicz anterius eius tm̃ sicut lineã rectã
Cum ergo accidit aliq̃d ex accidẽtibus ⁊ no
cet lateri vni efficit latus reliquũ per opatio
nez suã naturalẽ absq̃ nocumẽto. Et ꝓpter
illud creati sũt duo oculi: ⁊ due nares: ⁊ duo
vasa cerebri: ⁊ duo testiculi: ⁊ que illis sunt si
milia. Ego tamẽ iam elegi ne ꝓlongẽ. Cuz
ergo vincit humor viscosus super duo vasa
cerebri tũc nõ accidit cuz illo nisi apoplexia
sicut diximus in illis que sunt premissa. Si
aũt resoluat̃ hoc ⁊ declinet humor ad latus
debilius sequit̃ illud egritudo paralisis. pro
pter illud ergo mollificãtur nerui omẽs. ner
uos vero qui in altero existũt latere nõ cõse
quit̃ nocumẽtuz. Oportet ergo in principio
huius egritudinis ne administrẽtur ex me-
dicinis que euacuãt violẽter qm̃ humor non
est digestus ⁊ est adhuc in ꝓncipio. Sed cu-
retur cum clisteri ⁊ decoctione: ⁊ yera pigra
cõfecta cum melle. ⁊ sumat in potu omĩ die
medicinã que calefacit ⁊ subtiliat sicut tyria
cam ⁊ metridatũ. ⁊ sumat vnãquãq̃ eaꝝ cuz
aqua in qua decocta sunt anetũ: ⁊ ameos: ⁊
anisuz: ⁊ mastix: ⁊ cordumenũ: ⁊ semẽ rute.
⁊ faciat illud ebdomada vna donec appare-
at digestio. ⁊ post illud soluat̃ cũ pillulis de
tapsia: aut de pillulis que dicũtur soluere si
ne angustia scilicz que sũt cũ turbith: ⁊ aga
rico: ⁊ yera: ⁊ similibus. ⁊ etiã cum pillul̃ egi
ptijs: ⁊ pillulis fetidis: ⁊ pill̃. anala. ⁊ garga
riçet in hora post horã cuz medicamine de si
nape. in quo sunt piretrũ: et cortices radicis
cappar̃: ⁊ yera archige. dissoluta cum aceto
squillitico. Et cõfert etiam eis stafisagria: ⁊
mastix: ⁊ gũmi granoꝝ viridis quod noĩat̃
ratemgi idest colofonia: ⁊ gũmi gariofi. Re
gatur cum illo vsq̃ ad diem q̃rtũdecimuz. ⁊
post illud detur oleum de keruba: aut oleuz
alkelekelẽge cũ medicinis quas dicã. De
coctio ad paralisim cõferẽs cum auxilio dei
℞. radicuz apij: ⁊ radicuz feniculi: ⁊ squille
oiuz añ. ʒ. x. radicũ squinãti: ⁊ medicine que
dicũtur curcuhen. oiuz añ. ʒ. vij. seminis feni
culi: ⁊ semis apij: ⁊ anisi: ⁊ cẽtauree minoris:
⁊ piretri: ⁊ çinçiberis cõtriti. oiuz añ. põdus
. ʒ. iij. ameos: ⁊ costi: ⁊ aradraui virugi cõtri-
ti. oium añ. ʒ. iiij. nigelle. ʒ. ij. cordumeni: ⁊ se-
minis rute: ⁊ setaragi indi. oiuz añ. ʒ. v. casto
rei. ʒ. i. coque eam cum. vij. lb. aque donec re
maneat ex ea lb. s. deinde cola ⁊ da infirmo
. ℥. iij. cuz oleo de keruba: aut oleo alkeleke
lengi: aut oleo indo noiato calufar. Et con-
fert clistere acutum quãdo adhibetur in ho
ra post horam. ⁊ est cõposituz ex aneto: ⁊ ca
momil. ⁊ sansuco: ⁊ sinape: ⁊ melliloto: ⁊ car
tamo contrito: ⁊ semine lini: ⁊ furfure. ⁊ ficu:
⁊ pulpa collo: ⁊ keruba contrito: ⁊ fenugre-
co: ⁊ centaurea minor: ⁊ oleo olei antiqui. ⁊
muri: ⁊ melle mũdo: ⁊ que sunt illis similia.
Et in fine yera gal. ⁊ yeralogo. ⁊ yera theo
donitos: ⁊ confectio anacardina ꝰm q̃ detur
ex ea ꝰm assiduatiõez q̃tuz est auelana cum

aqua aneti: aut anisi: aut masticis. Oportet
aut vt lateris mollificari spōdiles ꝓpe dorsi
inūgantꝛ cuz oleo de spica: aut oleo costino.
ꝛ qn̄qꝫ misceꝛ cum vnoqꝫ amboꝝ castoreuz
ꝛ eufoꝛ. ꝛ piretrū cōtritū. Et vtātur ex cibis
issidhabegi cum pillulis: ꝛ aqua ordei cū pas
seribus: ꝛ canabit: ꝛ aqua ciceris cuz oleo de
nucibus cuz sinape. Et potet vinū antiquū
valde: ꝛ aquā mellis factā cū medicinis que
nominaꝛ candanicō. Cū ergo declinat egri
tudo lauētur ꝛ precipe eis vt vtātur vomitu
hora post horā. Et ad sūmū scias ꝙ illud
qd̄ iuuat eos est oīe regimē vehemētis sic-
citatis: ꝛ paucitas potus aque: ꝛ inūctio ex-
siccatiua. Caplm̄. xxvi de destructiōe
seruationis ꝛ memorie.

Ec egritudo ƀm plurimū fit ex ma
b licia cōplexiōis frigide ꝛ hūide que
humectat cerebrum ꝛ ꝓhibet figi in
ipso formas que ꝛ memorātur sicut cera que
multū liquida est non recipit sigilluz ꝛ raro
ex siccitate sicut accidit luto qn̄ est vehemē-
tis siccitatis ꝙ nō recipit sigillū. Accidit
aūt illis qui hanc patiūtur egritudinē ex hu
miditate sōnus multus: ꝛ grauitas capitis:
ꝛ multitudo hūiditatis que currit ex cerebro
semp. ꝛ accidūt illis q̄bus aduēit illud ex sic
citate vigilie assidue: ꝛ exsiccatio alchaiassit
ꝛ palati. Q: si hec egritudo nō fuerit in par
te capiꝰ postrema tm̄ immo in parte media
etiā faciet accidere ignorātiaz ꝛ amētiā sicut
accidit apud vltimā senectutē vicētez. Si
aūt egritudo est ex frigore ꝛ hūiditate tunc
incipias cum attractiōe materiei ad inferio
ra per clistere acutum. ꝛ sit status infirmi in
domo multi luminis tēperati aeris. illud eīz
est melius in resolutiōe. ꝛ euacua cum yera
pigra cum castoreo: ꝛ pulpa coloq̄ntide: ꝛ pi
retro. ꝛ post illud euacua cum eo qd̄ est forti
us hoc sicut est confectio theodoric: ꝛ yeralo
go. ꝛ yera gal. ꝛ yera rufi. ꝛ post illud cuz ꝯfe
ctione anacardina: ꝛ electuario anacardino
est enim iuuatiuū in huiusmodi egritudine.
ꝛ post illud liniaꝛ caput cuz castoreo dissolu
to cum aceto cum oleo de lilio. ꝛ administra
baurach solum vt exsiccet hūiditatē ꝛ resol
uat eā. Et si indiget fortiori hoc administra
bimus ei emplm̄ ex sinape: ꝛ ruta cāpestri: ꝛ
castoreo: ꝛ eufoꝛ. Et cōfert ei iteꝝ emplm̄ qd̄
nominaꝛ sinapismꝰ. ꝛ eius intētio est factuz
ex sinape. ꝛ ꝑmi vtātur in mēbris que frigo
re vehemēti infrigidata erant aut mollifica
ta qn̄ volebāt euigilare caliditatē naturalez
que est in eis. ꝛ mouebāt virtutes naturales
que sunt in eis ꝛ reducebāt sensuz qui iaz de
structus erat. ꝛ post illud abluaꝛ caput assi-
due cū aqua in qua decocta sunt camo. ꝛ ane
tum: ꝛ sinsibriū: ꝛ calamētuz fluuiale siccū: ꝛ
maiorana: ꝛ marmacor: ꝛ calamu saro. ꝛ que
sunt illis similia. Et administrētur in horis
medicine que attrahūt hūiditates ad os si-
cut medicamē qd̄ fit cum sinapi: ꝛ piretro: ꝛ
stafisagria: ꝛ radice cappari: ꝛ que sunt illis
similia. Et iteꝝ cum yera cōfecta cū secania
bin squillitico. ꝛ olfaciāt semp muscū: ꝛ nucē
muscatā: ꝛ gariof. ꝛ mac. ꝛ sansuc. ꝛ marmo-
corā: ꝛ seba. ꝛ ciba eos cū aqua ciceris: ꝛ issi-
dabegi. cum aceto ꝛ sale ꝛ porris nabati. ꝛ su
māt in potu vinū antiquū odoriferū ꝛ aquaz
mellis. Si autez fuerit egritudo ex malicia
cōplexiōis frigide ꝛ sicce tunc est necesse vt
cureꝛ cuz regimine calido ꝛ sicco scilicz in ci
bo: ꝛ euacuatiōibꝰ cōuenientibus: ꝛ embrocis
cum aqua camo. ꝛ mellilotí: ꝛ viole sicce. in
qua decocti sunt pedes capraꝝ. ꝛ inūgatur
caput assidue cuz oleo de lilio: ꝛ de narcisso:
ꝛ de alkeiri citrino.

Caplm̄. xxvii. de spasmo.

Nquit Joannes. Scias ꝙ spasmꝰ
i est motus īuolūtarius egrediens a
natura quē in mēbris volūtarijs ac
cidere facit. aut repletio: aut euacuatio. Et
cognoscimus illud velociter qn̄ sciemꝰ qua
liter fiat motus eius naturalis. qm̄ omis la
certus qn̄ annectiꝛ cū mēbro qd̄ mouet non
attrahit ipsuz nisi versus caput suū scilicet
ad neruuz connexū cum eo. ꝛ iste est motus
volūtarius. Cuz ergo implētur lacerti aut
nerui adherētes ei qui vēiunt ad eos cū vir
tute motiua alicuius hūoris tunc ipsi tēdun
tur sicut vter ꝛ que sunt illis similia. Cuz er
go dilatātur minuiꝛ eoꝝ lōgitudo ꝛ mouen
tur motu īuolūtario. Iste ergo est spasmus
ex repletiōe. Ille vero qui fit ex inanitione
scilicz ex siccitate fit sicut fit ī corijs que adu
rūtur igne an exsiccanꝛ caliditate aliqua qn̄
exsiccaꝛ hūiditas que est in lacertis aut ner
uis. ꝓpter illud ergo accidit vt exsiccentur
mēbra ꝛ cōtrahātur ꝛ spasmētur ꝛ tendātur
ꝛ ꝯtrahātur in lōgitudine ꝛ latitudine simꝛ.
Hec aūt dispositio secūda nō subito sed suc
cessiue accidit ƀz trāsitū dieꝝ ꝛ ī ꝯplexiōe sic
ca. ꝑma ergo accidit cito ꝛ mollificāꝛ mēbra
stati in cōplexiōe hūida ꝛ in frigiōibꝰ hūidis.

Illius aũt cui aduẽit hec egritudo ex re
pletõe curatio est possibilis ⁊ facilis ita vt in
cipiamus in primis ⁊ euacuemus repletiõez
cum pillulis calefacientibus sicut medicine
quas descripsimus in sermõe de paralesi. de
inde demus ei in potu oleuz de kerucha cuz
aqua radicũ: aut oleum qḋ cõmiscet cuz me
dicinis ⁊ vocat kelkelẽgi. ⁊ locus spasmat⁹
inũgat abstergẽdo cum oleo de spica: ⁊ oleo
de lilio. Que aũt ex egritudine est cui⁹ cau
sa est euacuatõ scilicz siccitas est difficilis sa
natiõis. ⁊ fortasse non sanatur. Sed q̈cũq̧
modo sit dispositio oportet vt vngãtur mẽ-
bra spasmata cum oleo de ruta: aut oleo de
cucumere asinino. ⁊ admĩstret oleum de ke-
ruba. ⁊ faciant eum sedere in tina in qua sit
aqua tepida in qua decocte sunt anetũ ⁊ ca
mo. ⁊ mellilo. ⁊ harmel: ⁊ que sunt illis simi
lia. Et cõfert etiã empl̃m cuz eufor. Mo
dus emplastri facti cuz eufor. ℞. olei de oli
uis antiquis lb. i. cere rubee. ℥. ij. liquefiat ce
ra cum oleo ⁊ puluericet desup de eufor. re-
cẽti trito. ℥. i. ⁊ misceat ⁊ reseruet in hora ne
cessitatĩ ⁊ inũgat locus spasmatus cum eo.
Ipsuz eniz est multi iuuamẽti. Et cõfortet
infirmus cuz cibis calefaciẽtibus velocis di
gestiõis. Et sumat in potu vinuz subtile ve
locis penetratiõis.

Capl̃m. xxviij. de gibbositate.

h Ec egritudo plurimũ accidit infan
tibus. ⁊ q̈tũcũq̧ sunt minores faci
lius est vt ipsi euadãt ab ea. Cuz er
go ptrãseũt septẽ annos aut nõ sanãtur pe
nitus aut appropiquat sanitati nam mẽbra
iam exsiccãtur ⁊ solida fiunt. Hanc vero
egritudinẽ precedũt febris acuta ĩsepabilis
⁊ vigilie ɔtinue: ⁊ fletus: ⁊ siccitas nature: ⁊
citrinitas coloris: ⁊ siccitas oris: ⁊ duoꝝ la-
bioꝝ: ⁊ amboꝝ scissio: ⁊ nigredo lingue: ⁊ ex
tensio cutis: ⁊ soliditas vel durities eius. ⁊
vrina est subtilis. Cum ergo apparẽt iste si-
gnificatiões tunc administra embrocas cuz
lacte asine ⁊ lacte capraꝝ. ⁊ ꝓprie sup caput
⁊ sup spõdiles dorsi. ⁊ pone sup caput lanã
quaz lanã inũxisti in lacte asine ĩbibitã oleo
viol. ⁊ pone caputpurgiũ ex lacte mulieris
lactãtis puellã ꝓpinqui partus cuz oleo de
nenuf. aut accipe semẽ cucurbite dulcis ⁊ si
samũ cõditũ vel nutritũ cum violis ⁊ amig
dalis dulcib⁹ excorticatĩ. ⁊ tere ⁊ extrahe ole
um ex eis ⁊ pmisce cum lacte ⁊ funde in na-
sum. Q si non sanat gibbositas cuz hoc re
gimine tunc administra embrocaz cuz aqua
tepida in qua decocta sunt camo. ⁊ viol. ⁊ si
sami: ⁊ lactuca: ⁊ nenufa. ⁊ intromitte in tinã
que sit plena oleo sisamino calefacto et hu-
mecta linguã eius cũ mucillagine psilij: ⁊ se
mine citonij: ⁊ oleo viol. ⁊ succo granatĩ dul
cis. ⁊ pone super caput empl̃m ex farina or
dei: ⁊ altea: ⁊ viola sicca: ⁊ oleo sisamino. Ex
eis aũt que bibũtur ⁊ ɔferũt si adiuuat etas
⁊ natura est cõstricta est aqua decoctiõis fi-
cuum: ⁊ passulaꝝ enucleataꝝ cum cassiafi. ⁊
oleo de amigdal dulcibus. Est eiz vehemẽ
tis abstersiõis ⁊ mũdificatiõis: ⁊ clistere etiã
lene. Si aũt natura non est sicca ⁊ febris est
stans ɔfert aqua ordei facta in qua decocta
sunt frusta cucurbite. Si aũt non est febris
cõfert ei bibere lactis asine q̈titatẽ. ℥. iiij. cũ
oleo de amigdal dulcibus: ⁊ çucaro postq̧
corpus est mũduz a supfluitatib⁹ qñ corp⁹
non bibit ⁊ in corpore est malus humor. Et
si remanet post solutiõz febri aliquid siccita
tis. i. spasmi in q̈busdã mẽbris tũc oportz vt
administremus embrocã semp cum aqua te
pida dulci sup mẽbrũ infirmũ. deĩde oportz
vt curemus qḋ iam collectũ est in loco solo
in hora cum aqua in qua decocta sunt fenu
grecũ: ⁊ semẽ lini: ⁊ mellilotũ: ⁊ radix altee: ⁊
radix lilij: ⁊ que sunt illis similia. Et confert
etiã lac multũ recẽs qñ mulget sup ipsuz: ⁊
est calidũ. ⁊ post illud cuz aliquo de oleis hu
mectãtib⁹. ⁊ fiat ei empl̃m ex adipe porci nõ
salito: ⁊ cera rubea: ⁊ adipe anatis. ⁊ medulla
vacce: ⁊ iliati dissoluti: ⁊ adipe cerui: ⁊ medul
la cruris eius. Et sint partes adipis porci
tres. et cere rubee: ⁊ adipis anatis: et medul
le vacce: ⁊ medulle cerui: ⁊ cruris eius oĩuz
partes due. iliati liquefacti pars ⁊ media. de
coquãtur oĩa cuz oleo narciscino q̈titate ne
cessitatĩ. ⁊ vngat ex eo mẽbrũ ⁊ ponat super
ipsuz iliati nõ salitũ diebus aliq̈bus. Et con
fert iterũ valde hoc medicamen. ℞. amidũ
⁊ adipẽ porci recẽtẽ: ⁊ medullã vacce: ⁊ iliati
liq̈facti que aggregentur cũ eq̈litate: ⁊ terat
amilluz ⁊ cribellet sup ea postq̧ liquefiũt. ⁊
abstergit locus cũ manu aut pãno donec lo
cus rubet. aut sumãtur feces semis lini nõ
expressi: ⁊ feces sisami scilicz alkebs non ex
pressi oĩm añ. partes. ij. ⁊ fenugreci triti pars
vna buliãt paulatiz cũ lacte asine ⁊ ꝓijce su
per ipsum oleum sisaminum: ⁊ illiaci liquefa
ctum ⁊ cõmisce ea bene ⁊ fac emplastrũ cum
eo ⁊ est tepidum.

Capl'm.xxix.de acrinis.ꝛ est tortura.

Ec egritudo accidit ex humore fri
b gido ꝛ humido qui opilat originem
neruoꝝ qui defert sensum ad lacer-
tos mādibule. ꝑpter illud ergo nō est inter
curatiōez eius ꝛ curatōez paralisis differen
tia magna. ꝛ oportꝫ vt administrētur in hac
egritudine gargarisma ꝛ caputpurgium in
duas nares. ꝛ sint gargarismata cū piretro
ꝛ macropipe:ꝛ çinçibere:ꝛ sinape:ꝛ sumach
ꝛ granad acetosis:ꝛ stafisagria: aut medica-
men factum cum haste:ꝛ calamēto cāpestri:
ꝛ yerapigra:aut yera sola confecta cū aceto
squilli. Et est necesse vt admīstrētur garga-
rismata multa. post euacuatiōez reliqui cor-
poris cuꝫ pillulis que mūdificant humorē fle
gmaticū ꝛ yeris magnis sicut yera:vel yera
archig. ꝛ yera Hal. Et confert post mūdifi
catiōez vaporatio cum aqua in qua decocte
sunt origanū:ꝛ piretruꝫ:ꝛ ruta:ꝛ schea: ꝛ fo
lia lauri:ꝛ sinapis:ꝛ camomilla:ꝛ mellilotū:
ꝛ sansucus: ꝛ marmacur: ꝛ que sunt illis si-
milia. Et fundat' in aures vnum caputpur
gioꝝ que cōferūt in hac dispositiōe cū aqua
radicis lilij: aut cum aqua sansuci: aut cum
aqua assedenigi:aut aqua almamat'. Qui-
dam aūt administrāt etiam fel pardicis cum
succo lilij recētis. Et alij faciūt caputpurgiū
ex felle gruis cum aqua herbe que nominat'
auricula muris. Et alij accipiunt ex medici
na que nominat' sisimindinis. ꝛ hic est gibel-
nech. sed accipiūt ex ea dissoluta cribellata
cum oralli pōdus viscillius ꝛ dissoluūt ipaꝫ
cum aqua distillatiōis scilicꝫ aqua in qua est
subtilitas ꝛ colatur bene ꝛ faciūt caputpur
giū subito. Si ergo soluitur egritudo bene
est. ꝛ si non facimus ei caputpurgiū secūdo
ꝛ si non dissoluit' egritudo ꝛ infirmus est fri
gide cōplexiōis ꝛ tēpus est hyemps adiūgi
mus etiā ad illud oleum de keruba cū aqua
de radicibus: ꝛ yera pigra: ꝛ vtātur assidue
asinech: ꝛ fricatiōe gingiuaꝝ:ꝛ dentiuꝫ:ꝛ la
bioꝝ īterius intus in latere mollificato ꝛ ac
cipiant in ore suo nucē muscatā: aut mirob.
et inūge mādibulā infirmā cuꝫ oleo balsami
aut oleo costino: aut alben: aut algalia. Et
antiqui quidē precipiebāt in hac egritudine
ꝛ in paralisi vt abstergeret' caput totuꝫ ꝛ tē
pora ꝛ duo supcilia ꝛ spondiles dorsi infir-
me partis cuꝫ aceto vini albi forti tepido in
quo decocte sunt hasce ꝛ calamentuꝫ donec
submergat' vsqꝫ ad ꝑfundū corporis ꝛ resol
uat ꝛ incidat humores grossos viscosos qui
sunt in eo. Et quādo extēditur tempus mo
uemus sternutatiōez cum medicinis acutis
attractiuis sicut est ciclamē:ꝛ piper cōdisi:ꝛ
que sunt eis similia. Medicamen quod mo
uet sternutatōez ꝛ confert torture ꝛ paralesi
ꝛ reliquis infirmitatibus frigidis que fiunt
in capite exptum. ℞.piretri au'.ij. condisi
au'.iij. oleandri supra fumū tribus diebus
au'.iij. origani:carui: ꝛ aristo.lon.ꝛ san.dra.
oiuꝫ aā.au'.ß.carpobal.au'.i.ß. terātur oīa
ꝛ cribellētur cuꝫ oralli: ꝛ insufflet' in ambas
nares. Medicamen quod mouet sternu
tatōez conferēs torture ꝛ paralesi ꝛ apople
xie ꝛ epilensie ꝛ destructiōi seruatiōis ꝛ mū-
dificat cerebrū valde. ℞.condisi.ʒ.vij.pipe
ris albi ꝛ nigri:ꝛ castorei:oīuꝫ aā.ʒ.ß.rute cā
pestris.ʒ.ij.aloes.ʒ.i.ß. ꝛ sinapis.ʒ.ij.ꝛ.ß. ni-
gelle.ʒ.ij. terātur ꝛ cribellētur cuꝫ oralli ꝛ in
suffletur ex eo in nasum parum. Aliud
sternutationeꝫ faciens ad torturam. ℞.ca
stor.ꝛ pulpe collo:ꝛ pipis albi.oīm aā.au'.i.
condisi au'.ij.terātur ꝛ cribellētur ꝛ insufflē
tur in naribus:ꝛ cōficiātur etiam cum aqua
sansuci ꝛ fiant pillule magne ꝛ fiat ex eo ca
putpurgiū cum aqua herbe que dicit' auricu
la muris.

Capl'm.xxx. de stupore.

Cias ꝙ stupor non accidit nisi quā-
f do ꝓhibꝫ virtutē sensibilē penetra
re a cerebro in neruos aliquid. ꝛ nō
fit nisi qñ accidit opilatō ꝑpter humorē aut
apostema. Inquit Joannes. Aut qm̄ ner-
uoꝝ coartat' ꝛ cōstringit' penetratio. Si er-
go non sunt eis penetratiōes ꝓhibet spūm
aīalem a penetratiōe sicut ꝓhibet puluis ꝛ
caligo ꝛ fumus radiū solis penetrare in ae
re. ꝛ sicut ꝓhibēt ipsuꝫ limus ꝛ fex penetra
re in aqua. ꝛ non accidit hoc nisi qñ sb̄a eius
fortasse ingrossat'. ꝛ grossitudo eius non fit
nisi ꝑpter hoc ꝙ inspissat' necessario ex fri-
gore: aut quia fit solida vel indurata ꝛ coar
tatur ꝑpter aliquā rem. sicut ligamentū aut
os quod remouet' de loco suo ꝛ coartāt ipm
aut per apostema: aut qñ nutritur hūoribus
grossis viscosis. Et qm̄ vincens in hac egri
tudie est humor frigidus viscosus tūc opor
tet vt administrent' res que calefaciūt resol
uūt ꝛ subtiliāt. Euacuamus ergo in primis
cum pillulis de tapsia: aut cum pillulis feti
dis:ꝛ que sunt illis similes. ꝛ post mūdifica-
tiōez administramus potum aque de radici-
bus cum oleo de kerua ꝛ oleo alkekelengi.

Et ista quidez sunt que cōueniūt huic dispo sitiōi. ꝛ vtātur balneo abstergēdo. ꝛ inūctiōe loci stupefacti mlta cū oleo siccionio: ꝛ oleo de eufor. ꝛ oleo de costo cuz castoreo cōtrito ꝛ piretro. Si aūt indiget iteratōe dabimus ei yeram gal. ꝛ yeralogo.

Capłm. xxxi. de tremore.

Tremor fit ex debilitate virtutis deferentis membra ꝛ non fit semp immo qn̄ vult virtus deferens mēbra mouere mēbruz: ꝛ debilitaꝛ mēbruz. Et fit illud aut ꝓpter lesionē animalē: aut ꝓpter lesionē corporeā. Lesio aūt animalis est ira: ꝛ angustia: ꝛ timor: ꝛ alia ex his que sunt illis similia. Cause aūt cuiuſqꝫ eaꝝ sunt multe ꝛ non coartat eam valde qn̄ inuēitur ex istis accidētibus res parua. Nos vero dicemus causas. quaꝝ vna est que facit accidere huiusmodi egritudinē multū. ꝛ est timor. Et sicut faciūt motus: ꝛ balneū calidū qn̄ supfluunt. ꝛ illud fit ꝓpter illud qđ cōsequiꝛ hoiez ex lupis: aut ex transitu cauerne alte: aut ex rege. Ex lesiōibus vo corporis eis sunt que resoluūt virtutez ꝛ imprimūt in ipsam in primis: ꝛ faciūt accidere tremorez. sicut malicia cōplexiōis frigide absqꝫ materia. sicut illud quod accidit decrepitis ꝛ eis qui bibūt aquā frigidaz: aut natant in ea: ꝛ eis qui multiplicant potum vini. ipsum enī facit calefactionem: deinde infrigidationez. Et ex eis sunt que faciūt hoc per accidēs. sicut opilatio ex humoribus grossis viscosis. Quod est quia hoc ꝓhibet vtutes motiuas. ꝛ sunt vise ipsis sane penetrare in neruos. ꝓpter illud ergo sunt per accidēs. Et isti quidē humores aut adherēt neruis cōnexiōe vehemēti adeo donec virtus non potest eradicare eos sed currit ex eis res parua ad lacertos ad neruos: ꝛ non potest extēdere lacertos. ergo tunc accidit tremor: aut non sunt annexi cōnexione vehemēti. ꝛ pōt virtus per acuitatez motus sui eradicare eos. deinde fiunt illis motus qui dicūtur stupefacti mollificati. Quod est quia per acuitatē motus vtutis expelliꝛ ex neruis ad lacertos ꝓpinquos ꝛ facit accidere motuz. Cum ergo currit secūdus humor ad locū ꝓhibet virtutē a motu donec aduēiat ei secūdo ꝛ mūdificet ea. Tremorē aūt qui fit ex lesiōibus animalib9 curamus cum expulsiōe causaꝝ faciētiuz ipsum. Et illum qui fit ex lesiōibus corporeis curamus in primis dando in potu pillulas resolutiuas subtiliatiuas mūdificatiuas. sicut sunt pillule de sataragi. i. tapsie: ꝛ pillule fetide: ꝛ pillule facte cum castoreo: ꝛ ipsaꝝ descriptōes sunt in antidotario. deinde cōueniūt post illud oleum de keruba: ꝛ oleuz de alkekelēgi. vtraqꝫ enī cōferūt qn̄ accipiūtur cum vino in hora post horā. ꝛ castoreū etiā soluz cum oppoponaco cū aqua mellis. Et si indiget yeris magnis dabim9 ei yeram archige. ꝛ yeralogo. Et est necesse vt inūgaꝛ locus cum oleo rutaceo: ꝛ cum oleo de eufor. ꝛ oleo costino: ꝛ oleo siccionio. Tremorē aūt qui accidit ex multitudine potus vini curamus in primis cum ꝓhibitiōe a vino. deinde post illud ꝯfortamus cerebrū cum oleo rosa. ꝛ aceto: ꝛ oleo mirtino cuz oleo de salicib9: ꝛ florib9 palme.

Capłm. xxxij. de saltu.

Saltus fit ex ventositate grossa vaporosa que ingrediꝛ in mēbruz ꝛ facit ipsuz accidere. Sed significat qꝫ est ex humore grosso illud quod testificatur. Quod est quia saltus fit ex vētositatib9 vehemētis frigoris in corporibus frigidis flegmaticis: ꝛ in tēporibus frigidis: ꝛ in regiōibus que similātur istis. Qua ꝓpter non est inter curatiōez huius egritudinis: ꝛ inter curatōez tremoris differētia. Et oportꝫ vt ipa administreꝛ in hac egritudine. Jam ergo inuenimus sup curatiōez doloꝝ accidētiuz cerebro ꝛ neruis qui oriūtur ex eo cuz sermōe collectiuo.

Completus est hic tractatus primus:

Incipit tractatus secūdus aggregatōis Joānis filij serapiōis. Et sūt capła. xxvij.

c

Incipit caplm primuz secũdi tractatus de obtalmia.

